

quirit S. Ambrosius, cum ipsa non sint diuturna secula? S. p. 65. f. 224.

De illis, quibus dicitur: *Dii estis paulo post subjungitur, sicut unus de principibus caderis.* M. conc. 23. aff. 1. n. 3.

Potentes & divites sicut fecerunt areferunt: Rex Ezechias dum ob victoriam felicem fe reputat, morbo corripitur. M. conc. 23. aff. 1. n. 6. seq.

Prapofius pincernarum fomnium habuit, fe in pristinum honotis gradum

redisse: ubi Ambrosius: bene fomnium habuit, quia omnis regum potentia fomnium est. Reges in Apocalypsi dicuntur quasi reges, quia velut in fomnis regnant, ait Augustinus. Siquis in Germania consulari fungitur, non ideo honoratur, si ad barbaras nationes deveniat: ergo honoribus nihil solidum inest, alias sicut ignis non perdit calorem, sic nullibi perderent reverentiam, ait Boethius. S. p. 20. fol. 626.

LIBER DECIMUS DE PROFANIS.

CÆLUM.

Sydera. Sol. Luna. Stelle. Cometa.

MUNDUS.

Regna & Provincie. Europa. Africa. Asia. America.

ELEMENTUM AERIS.

Aer. Vent. Frigus. Æstus seu calor. Nubes. Pluvie. Grando. Volucres.

ELEMENTUM IGNIS.

Ignis. Ignes fatui. Fulmina. Tonitrus. ELEMENTUM TERRÆ.

Terra. Montes. Urbes. Animalia terrestria.

ELEMENTUM AQUÆ.

Aqua. Aqua Marina. Aqua Medicate. Fontane & salabres. Putei & fontes. Lacus & Siagna. Mare. Oceanus. Pisces.

C. Æ L U M.

1. Empyreum quam spatiosum sit.

XXXXXX distantia cæli a terra immensam illius ambitum quoque dammodo desumere licet: quo enim major est altitudo, eo spatiosior est circumferentia: est autem cælum ita altum, ut si homo quotidie centum milliaria sursum scanderet, per bis mille annos nec dum cælum empyreum attingisset. C. Gen. c. 1. v. 16.

Si lapis molaris de cælo caderet, per nonaginta annos continuo laberetur, donec terram attingeret. C. Gen. c. 1. v. 16.

Aliqui Astrologi nisi fuit metrum spatium podit cælestis, ubi beati habitant, & calculum fecerunt, quod contineat in ambitu quater mille septingenta, & sexaginta septem miliones septingenta, & sexaginta septem milliaria. B. ferm. 53. m. 12. C. Gen. c. 1. v. 16.

Intuere sydera cæli quam innumerabilia sint, & tamen in spaciis intermedits

innumerabiliter alia: adhuc interferi possent: scito autem etiam minimam stellarum esse decies octies mundo universo majorem, quantum igitur est spatium, quot tam innumeras stellas capit, hoc autem tantum est cælum sydereum: quantum amplius ergo erit cælum empyreum. B. ferm. 53. n. 12.

Luna a terra elevata est 120630. miliaribus. Sol quatuor millionibus milliariis, cælum stellarum fixarum ostingenta milliariis &c. D. 1. 8. P. 2. dist. n. 3. C. Gen. 1. v. 16.

Exclamat Propheta Baruch: O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessoris ejus. Magna luminaria cæli sunt signa hujus magnitudinis: ibi innumerabiles sunt stelle, quarum minima major est decies, quam mundus. Intuere spatia intermedia, quam immensa sint. Jam si tam magnam est cælum stelligerum, quantum erit empyreum. Bone Deus, quot miliones milliarium continebit tota amplitudo! B. ferm. 53. n. 11.

2. Testis est potentie, & maiestatis Dei.

Celi enarrant gloriam Dei: Quomodo enarrant? Resp. Chrysofostomus. Tacet cælum, sed ipsius aspectus vocem tuba clariorum emittit per oculos, non per aures nos docens. S. p. 120. f. 374.

Architecti, qui mira opera produxerunt, ut Semiramis, quæ hortos pensiles, Cætesiphon qui templum Dianæ, Salomon, qui templum Hierosolymitanum, Philippus II. Rex Hispaniarum, qui Escuriale ædificavit, immortalis memoria celebrantur. Sed quid hæc punctula ad cælum? Deus immensum cæli fornicem sine prævia materia aut apparatu. 2. Sine columna aut fulcramento. 3. Sine labore & conatu uno verbo produxit, & hæc sine reparatione conservavit.

Descrībendo cælo nemo par est, ait S. Hieronymus: *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis descendit.* Eni, tribus mensuris amplissimis utitur Apostolus ad scribendum cælum! Vide Procliti Dom. 2. Quad.

Cæli enarrant gloriam Dei, quia a Deo acceperunt 1. Naturam incorruptibilem. 2. Immenfam magnitudinem. 3. Perfectissimam & pulcherrimam rotunditatem. 4. Motum celerrimum & perpetuum. 5. Varietatem orbium, eorumque inter se miram concordiam. 6. Eorumdem motus diversissimos, & tamen ordinatissimos. 7. Syderum decorem, multitudinem, & efficientiam. 8. Præfides Angelos, qui orbis hos regunt, & rotant. 9. Lucem miram & variam. 10. Generalem vim producenti, vivificandi, & conservandi res sublunares. 11. Mirum ornamtu, ut sit templum Dei, Angelorum, & Beatorum. C. Dan. 3. v. 59.

Longitudo & latitudo cælestis Jerusalem continet 1500. Milliaria Italica &c. C. Apoc. 41. v. 16.

Sydera.

3. Sunt signa Providentiæ, & potentie Dei.

Nolite in sublime tolli, id est, intuentes lunam, sydera, & anni rationem, sed confidite providentiæ Dei. Hæc gubernat mundum, & omnibus necessaria distribuit. S. p. 78. fol. 249.

Terra protulit herbam virentem, antequam Deus stellas creavit. M. conc. 20. aff. 2. n. 8. Quo indicare vult Deus, sydera non esse causam fertilitatis terræ, sed suam Providentiam.

Nihil ita ornat cælorum machinam, ac pulchritudo firmamenti, utpote quod tot quasi gemmis, pyropis, & adamantibus, quot astris resplendet; indeque dictum est cælum quasi syderibus cælum. Imo quot astra, tot tadæ, & igneæ faces in cælo collucent, totique mundo prælucent. Stellæ suo ordine, motu, influxu, & varietate quasi milites Dei, aciem sui exercitus ordinatissimum representant; unde Deus Sabbaoth, id est, exercituum, scilicet Angelicorum sydereorum nuncupatur. C. Eccl. 43. v. 1.

Homines sancti intuitu cæli syderum quasi nauseam conceperunt totius mundi: sic S. Ignacius: *Quam fordet mihi terra cum cælum aspicio!* S. Fulgentius cum Romanum Senatum intueretur, aiebat: si sic fulget Roma terreltris, quomodo fulgebit Solyma cælestis. Sic Juvenis Machabæus, S. Symphorianus, S. Stephanus intuitu cæli in martyrii doloribus confortati sunt. C. Eccl. 43. v. 1.

Hinc Sancti sine fine suspirabant in cælum, sic Simcon Silites, S. Mechthildis a Deo de sua salute certificata, & alii Viri timorati, & sancti quotidie proficiunt in abdicatione rerum temporalium, ut sic per virtutes, quasi per scalam Jacob ascenderent super sydera usque ad domum Dei. C. 2. Petri 3. v. 13.

4. Non agunt in voluntatem humanam.

S. David ait: *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Non dicit adulterum me fecit Venus, latronem me fecit Mars, avatum me fecit Saturnus &c. S. p. 25. f. 106. In Nativitate Christi Domini nova stella orta est, de qua S. Gregorius, non stella pueri, sed, ut ita dicam, puer fatum stella fuit. Brev. die 2. inf. ocl. Epiph.

Astrologi sape ex horoscopo pueris recens natis felicissimam sortem variocinasti sunt, qui tamen in juventute mortui, aut eam felicitatem nunquam assecuti fuerunt. Econtra obscuris syderibus geniti ad summas dignitates ascenderunt. VV. art. dist. font. 94. ex. 4.

Nocturno tempore cælo sereno saepe videtur scintilla & stellis decidua, qua stellæ se purgare dicuntur: invenitur etiam in campis & agris viscosum ejusmodi phlegma, quod creditur decidisse, hoc phlegma locum illum palmarem terræ sterilem facit. Sed si purgetur, terra illa fodiatur, floretoretur, aut alia terra superinjesta tegatur, fit tam fecunda, quam quavis alia. Postro etiam quod sydera influant

stantia & ordine sunt disposita, ut vel uno a præfixo limite recedente natura minime consistere, ac conservari possit, sed necessario interire deberet, cum in modum quo tota Musica harmonia destruitur, si vel unum instrumentum discederet.

5. *Quanta velocitate rapiantur.*

Stella in æquinoctiali posita singulis horis conficit 42. milliones milliariam, & insuper tertiam partem millionis. Ut equus hoc spatium conficeret, si singulis diebus 40. milliaria curreret, indigeret annis 2964. &c. C. Gen. c. 1. v. 16.

Sol singulis horis conficit 1160000. milliaria. Stella in media solis femita una hora conficit quadraginta duas milliones milliariam. Quæ plane incomprehensibilis est velocitas. Siquis ea velocitate posset gyrare orbem terraqueum, ille intra spatium unius Ave Maria septies verteretur. Si equus una die quadraginta milliaria equitaret, ad abolendum iter, quod stella illa una hora facit, 2900. annis indigeret. Si stella talis vel minima, ea velocitate per nostrum aerem pervolaret, omnes urbes & ædificia impetu sternebat. O. D. 1. 80.

Luna per unam horam conficit 13015. milliaria. Sol una hora percurrit 1140000. milliaria, quod tantumdem est, ac si tercia ambitum quinquagesimæ circumiret. Stella in æquatore tam velocem una hora circumfacit, ut illum equus, qui quotidie triginta milliaria Gallica faceret, per 583. annos non abolveret. Sagitta, aut globus e tormento æneo excussus indigeret 40. dierum spatium ad hoc ut totum terræ ambitum obiret, quam tamen stella illa una hora bis mille obit. VV. art. disc. font. 54. ex. 3. & seq.

Planetæ.

6. *Quinam sint, & quem in finem.*

DESIGNO cogniti sunt septem: Superiores sole sunt tres, Saturnus, Jupiter, & Mars. Inferiores sole icident tres, Venus, Mercurius, Luna, & denique horum omnium Princeps Sol, qui inter fe magnitudine, luce, & colore disternuntur. Habent corpora Sphærica, asperitatis, & eminentis variis affecta, ex solido & liquido compacta; fulgent non proprio, sed mutato a sole lumine. Moventur in suo circulo ab Intelligentiis, prout constat ex Autoritate tam sacra, quam profana.

Corpora Mundana, uti Terra, Sol, Luna cæterique planetæ tali inter se di-

stantia & ordine sunt disposita, ut vel uno a præfixo limite recedente natura minime consistere, ac conservari possit, sed necessario interire deberet, cum in modum quo tota Musica harmonia destruitur, si vel unum instrumentum discederet.

Quemadmodum in humano corpore unum membrum reciproce folet aliud; ita Astra tam fixa, quam vagantia, velut membra Megacosmi mutuis influxibus sese afficiunt, roborant, & conservant. Hæc autem conservatio pro fine habet Microcosmi seu hominis conservationem. Hinc etiam septem principalia viscera in homine correspondent septem Planetis: Cor vitalium spirituum fons Soli, cerebrum Lunæ conformatur. Hepar sanguinis officina Jovi, Renes generationi servientes Veneri: Splen & Fel duobus maleficis Planetis Saturno & Marti, Pulmo tandem mutabilis Mercurii influentis agitari censetur. Zahn: Scrut. 2. Disc. 1. c. 11.

Quoad qualitatem Planetarum, aliqui dicuntur diurni, quod de die vires, & operationes suas exerant, velut Sol; alii quæ dicuntur nocturni, quod de nocte possunt, veluti Luna virtutem suam emittant. Reliqui, qui sequuntur naturam Solis, uti Jupiter & Saturnus, sunt diurni, & ex his prior beneficis, alter maleficis: qui vero naturam Lunæ emulant, veluti Venus & Mars, nocturni Planetæ vocantur, & ex his illa salutaris, hic exitialis, & perniciosus habetur. Mercurius est anceps, modo diurnus, modo nocturnus. O. Scrut. 2. Disc. 3. c. 5.

Sol.

7. *Qualis sit in se, & in suis effectibus.*

EST corpus cæleste natura sua igneum ex liquido & solido compactum, quod partim igne liquido instar Oceani effervescit, partim solidis eminentiis velut montibus ignivomis asperatur. Præter manifestam luminis & caloris virtutem, etiam occulta panspermia prædicitur, quam subjectis rebus communicat. Intra se ingentibus cavernis, canalibus & receptaculis, sicut globus terraqueus repletum est, ubi ingens materis ignæ copia continetur.

Magnitudine, & igneis viribus constantè æqualiter pollet, nec deficit, nec crescit nec pabulo indiget. Ignis illius in calore, & fulgore validum & vivax est. Quamvis

au-

autem igne elementari ardentior sit, universum tamen non comburit, tum quia vicina soli corpora non sunt combustibilia, uti æther, tum quia Desprovidentia remotius distant, tum quia calor illius luna vaporibus attemperatur.

Vapores etiam emittit, qui suam circa solem constituunt atmosphæram: atque cum ignis solaris sit purissimus, & instaurari, vapores etiam illius erunt purissimi instar auri liquefacti, hinc etiam aureo fulgore colore.

Nihil in rerum natura excellentius sole creavit Deus, hinc nobilissimi illius effectus. Nam 1. Luce sua illuminat eorum universum, cœlum, & omnia inferiora. 2. Lux solis tam amica est universo, ut mox ad eius ortum homines, & animalia lætentur, & recreentur; imo etiam herba, plantæ & flores reviviscant. 3. Omnia animalia, quæ lucis usu delectantur, mansuetiora sunt, quæ vero lumen fugiunt, & in latibus delitescunt, sunt ferociora. 4. Calor & lumen solis seminalem rationem in se continet, & virtutem terræ generativam promovet.

Solis macula, aut eclipses frequentiores magnas orbiterarum calamitates causant; cum enim aer peregrino influxu tingitur, a statu naturali deficit, & ad putres ac exitiales partes disponitur, idque tanto magis, quod homo per se annuis immutationibus & alterationibus a sole profectis subjaceat, quibus existentibus videmus notabiliter morbos ingravescere, ac mitigari.

Oculi animalium, Phosphorus Bononiensis, Margaritæ marine, arbores & plantæ, gallus gallinæ, & quidam fontes, qui in montibus Pireneis circa solstitium æstivum abundanter e terra erumpunt, & circa solstitium hybernum fe iterum subducunt, ingentem habent cum sole Sympathiam. Zahn. Oecon. Mund. Scrut. 2. Disc. 1. c. 4.

Luna.

8. *Qualis sit, & quinam illius effectus.*

EST corpus cæleste, densum, solidum, liquidum, opacum, Sphæricum, ex sua natura expertis omnis luminis, apertum tamen ad solis lumen reflectendum, atque ita non tantum ad Mundi ornatum, fed etiam ad maximam utilitatem, & necessitatem a Deo constitutum.

Non est perfecte Sphærica, sed inæqualis & aspera, habens partes alias

D. Claus Spicij. universi. Pars III.

eminentiores, alias depressiores, unde diversis maculis conspersa est.

Constat partibus solidis & fluidis, & adeo terraqueo globo persimilis, ex terra & aqualuxari composita. Habet montes sicut Mundus altissimos. Proprium lumen non habet, sed mutatum a sole; propterea cum in luna dentur plures eminentiæ, & partes montosæ, fit, ut pro situ corporis solaris, & radorum solarium ad lunam incidentia, ab eminentiis illi umbræ diversimode projiciantur.

In luna varii aspectus & Phases eo sine videntur ordinatæ, ut iis tum vis lunæ, qua omnia terreni globi humida afficiuntur, tum lucis lunaris incrementum aut decrementum attemperetur. In hanc rem Kircherus ait: Sol & Luna in hoc mundi theatro disposita sunt, ut luna perpetuo solaribus exposita radiis calorem solis humore suo attemperet.

Vapores ex luna in circumstantiæ spatium æthereum exhalant, adeo exiles, ut ab omni terrestri sæpe depurgati sint, & in nubem congelari non possint. Quia tamen in æthereo spatio condensantur, hinc & Atmosphæra luna circumdata fuit deprehenfa.

Lunaris globi finis principalis est, solis absentes partes in terræ globo illustrando subire, periodos mensium constituere, solis ætum temperare, ne pertinaci ardore terram torreat, & exsiccat, tandem etiam succundo suo profluvio terram succundare, & ad generationem disponere. Lunæ influxus (ait Kircherus) est adeo terræ necessarius, ut eo sublato illa in essentia suæ perfectione consistere minime posset, virtutis solaris efficacia mox in cinerem redigenda. Et S. Ambr. ait: Luna est Mater voris, decor nostri, mensura siva humoris, maris dominatrix, mensura temporis, matris aeris, æmula solis.

Virtus lunæ influxiva in terraqueum globum est qualitas a tota substantia lunæ promanans subtilissima, ac mire penetrativa: sic conchyllia in ipso maris fundo ex influxu lunæ incrementum capiunt. Sic cataracti etiam inter densissimos parietes conclusi influxu lunæ affliguntur. Sic aquæ nonnullæ vitæ vasis arctissime munite ad lunare incrementum ita concitantur, ut ebullire videantur. Si pelvis aqua nitrosa una cum sole communi mixta impleatur, & loco lunariis radiis patulo ferentis noctibus exponatur, videbis aquam cum admiratione statim fervere, & bullas agere.

Dantur animalia sonaria, quæ ad variationem.

O

riatio.

rationem lunæ miras mutationes patiuntur. Sic glirium hepar, & felium oculi crescunt & decrescunt; formicæ opera sua crescente luna industriose proficiuntur, decrescere cessant. Cadaver si lunæ radiis exponatur, citius & facilius putredine dissolvit. Vulnera in plenilunio difficiliter curantur; hinc tot insausa dantur calendaria, quæ fauciati per omnem vitam circumferunt, adeo accurata, ut quavis ephemeride certius sublunarium alterationes prædicere possint. Arborea quædam, & plantæ, & lapides ad mutationem lunæ alterantur. Zahn. Oecon. Mund. Scrut. 2. Disq. 1. c. 3. &c.

Stellæ.

9. Variis opinionibus taxatæ.

Genitiles Peruviani putarunt a stellis generari animalia, & singulas pecudum species habere speciales stellas tutelares; hinc illadorantur, rogantes, ut sibi mansuetas potius, quam venatas & noxias pecudes effunderent. Ciani populi putarunt a duodecim stellis duodecim anni menses regi, ideo illas specialiter adorabant, quæ tempore messis regnabant. Alii judicant stellas non esse aliud, quam candelas in nubibus, quæ ad ortum diei extinguerentur, & ad noctem iterum accenderentur. Fuerunt, qui sydus, quod capra vocatur, præ cæteris adorabant, quia capræ vitibus nocent, rogantes, ne suis vineis damnum afferret. Multi credebant, calum, astra, & Mundum, anima & ratione esse præditos, quorum errorem etiam Origenes amplexus est. Rex Sapor, & Nero Imp. machinam sibi ingentem cum imaginibus solaris, lunæ, & stellarum per gemmas expressis sibi confici curarunt, in cuius medio, aureo sedili confidebant, ut sic supra omnem mortalium conditionem, se Deos esse crederentur. O. Scrut. 2. Disq. 1. c. 13.

Stellæ multoties noxæ comparuerunt, & iterum disparuerunt, sic anno post Christum 583. stella nova in medio lunæ visa est. Sic innumeræ aliæ, sublimiores aut profundiores comparuerunt, quo sine, qua significatione, variâ sunt pro diversitate temporum judicia.

Inter stellas læpissime visæ sunt cometæ crinitæ, & barbæ, in forma jaculi, gladii, hastæ, cum metu inventum, qui mala pessima ominabantur. Cometæ sibi aliquibus dicuntur nasci ex materia terrea, quæ in altum elata accenditur.

Cartesius putat illas a stellis corruptis, & deficientibus oriri; fuit qui iudicabat, a malo dæmone produci. Verum falso; cum Divinæ Providentiæ, & Bonitatæ, & eorum apparitiones possunt ab Astronomis prædici: Sed hoc fieri non potest, si ex speciali directione Divina comparerent. Ræo. Astronomi tam ambiguis, fustique verbis præfagia sua pronuntiant, ut mirum foret, si non casu unum aut alterum attingerent, ait Doct. Hevelius. Dein multos prædixerunt cometæ, quorum nullus humanis oculis visus est. Prædictio ergo cometarum est mera conjectura casualis. Opponunt 3. Non omnes cometæ subsecuta est calamitas, aut pernicietas hominum: ergo non sunt signa malorum. Resp. etiam prophetiam Ionæ non est subsecuta eversio urbis Ninivæ, & tamen Ionæ non male illam præsumavit: Novit certe Deus mutare sententiam, si peccatores noverint mutare delictum. Sic etiam salmina non semper ferunt, & tamen sunt formidabilia.

Cometæ.

10. Sunt signa imminentiæ Malorum.

Quamvis res plane naturales sint, quæ naturalissime contingere possint, sunt tamen signa ominosa, & extraordinaria Naturæ prodigia, quibus Deus insolitos eventus humano generi comminari & portendere solet. Nam 1. hoc valde consentaneum videtur S. Scripturæ: *Dabo prodigia in celo, & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem sulfuris. Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem, donec veniat dies Domini.* Item in Evangelio S. Lucæ. *Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, arefcientibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ supervenient universo orbi!* &c. Hi & similes textus intelligendi sunt de excidio urbis Hierosolymitanæ, & interitu Mundi in fine, ubi non est dubium inter signa comparituros cometæ, ut mali a peccatis decerentur, & Boni ad perseverantiam in virtute excitentur.

2. Probatur ex ipso ducta rationis, & lumine naturæ, cum omnes nationes & populi, etiam non Christiani, visis cometis communitè terreatur, & apprehendant ut signa calamitatum. 3. Probatur ab experientia; competium enim est, omnes cometæ extraordinarios quosdam eventus post se traxisse. Sic illum, qui anteriori sæculo anno 1680. & 81. terribili syrmate luxit, rebellio in Hungaria, Turcarum irruptio in Austriam, obsidio urbis Viennensis, aliæque mala subsecuta sunt &c. Sed contra hæc aliqui Opponunt. 1. Cometæ sunt res plane naturales, & naturalissime contingant: Ergo nihil portendunt. Ræo. An Cometæ pure naturaliter exoriantur, dissentunt Auctores, sed dato hoc, tamen possunt esse signa futurorum, sicut Iris, etiam naturalis sit, est tamen signum fœderis inter Deum & hominem. Denique etiam si ortum naturalem venient, tamen ex speciali dispositione.

rationem Deus cursum naturæ ita coordinare potest, ut tunc solum compareant cometæ, cum Deus terrigenas grandi malo punire intendit. Opponunt 2. Cometæ, & eorum apparitiones possunt ab Astronomis prædici: Sed hoc fieri non potest, si ex speciali directione Divina comparerent. Ræo. Astronomi tam ambiguis, fustique verbis præfagia sua pronuntiant, ut mirum foret, si non casu unum aut alterum attingerent, ait Doct. Hevelius. Dein multos prædixerunt cometæ, quorum nullus humanis oculis visus est. Prædictio ergo cometarum est mera conjectura casualis. Opponunt 3. Non omnes cometæ subsecuta est calamitas, aut pernicietas hominum: ergo non sunt signa malorum. Resp. etiam prophetiam Ionæ non est subsecuta eversio urbis Ninivæ, & tamen Ionæ non male illam præsumavit: Novit certe Deus mutare sententiam, si peccatores noverint mutare delictum. Sic etiam salmina non semper ferunt, & tamen sunt formidabilia.

Opponunt 4. Multa mala & tristitia facta in mundo acciderunt, quibus cometa non præluxit: ergo non sunt signa. Resp. argumentum est simile huic: multi sine peste & bello e medio sublati sunt: ergo pestis & bellum nihil mali portendunt. Vel ut alius Docteur arguit: Prima eversio urbis Jerusalem non scitur præsignificata fuisse per cometam: ergo cometa, quæ ante secundam eversionem toto anno præluxit, nihil mali portendit. Nempe Deus non obligatur, ut semper portenta in celo ostendat: quoties vulg homines provocare ad poenitentiam. *Hæbet Moyses, & Prophetæ!*

Opponunt 5. Multi cometæ eventus, etiam lætos post se traxerunt: ergo non sunt signa tragica. Resp. Pestis multis Medicis, bellum militibus, sepe profuit: ergo non sunt malum? sine dubio dum cometa ut Principi præfagit mortem, alteri prædicat successione.

MUNDUS TERRAQUEUS.

11. Est liber, in quo legitur gloria Dei

S. Augustinus, & Basilus merito hunc mundum librum vocant, in quo magnitudinem, ac potentiam Creatoris possumus inveni. Characteres huius libri sunt creaturæ omnes. Character celum est: *Celi enarrant gloriam Dei.* Character dies est: *Dies dies enarrat verbum.* Character nox est: *Nox notificat scientiam.* Cha-

acteres sunt omnia elementa: *Hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.* Quæ singula, veluti Pharisæi interrogarunt Joannem: *Tu quis es?* Et respondebunt omnia: *Ego vox, quia annuncio Majestatem mei creatoris.* &c. B. ferm. 3. n. 24.

Moysi desideranti videre faciem Dei, respondit Deus: *Posteriora mea videsis, quasi diceret: In creaturam vestigiis me cognoscis, in his vestigia reliquimus, per quæ quam magnisim, quam potens, quam bonus, concitare poteris.* &c. &c. S. punct. 120. fol. 373.

Sicut ex artificiosa statua, imagine, navigio defumis artem auctoris illiusque ingenium: ita ex creatis Dei Majestas, ac potentia elucet. B. ferm. 3. n. 24.

Celebris ille Ægyptiorum Theologus, Moysi pene æquævus, Mercurius, Gentilium omnino Trinitatis, huc delibatas quo ratione aptissime hoc universum describeret, tandem hæc enipit: *Universum est liber Divinitatis, secularis quoque hoc subtile est speculum Divinum.* &c. &c. C. c. t. v. l. in Gen.

S. Antonius cuidam roganti, quomodo in eremo sine libris vivere possit, respondit: *Meus liber est natura rerum a Deo conditarum, quæ quotiescunque mihi liberit, libros ipsius Dei ad legendum mihi suppeditat.* C. Gen. 1. v. 31. in fine & seq. Et A. lect. 8. n. 23.

Hæc certe de causa homines sancti ex omnibus mundi rebus Dei majestatem agnoscunt, uti S. Ambrosius ex rana, Franciscus ex cantu cicadæ. Et Sponsa in Canticis ait: *Circuibis civitatem, per vicis, & plateas quæram quem diligis anima mea.* A. lect. 8. §. 9.

Ex Mundi creatione, quam Deus Omnipotens intra septem dies absolvit, dicere possumus, Dei Omnipotentiam in creando, Sapientiam in ordinando, Auctoritatem in præcipiendo, Justitiam in puniendo, Misericordiam in parcendo, Diaboli astutiam in tentando, Hominis infirmitatem in peccando, Divinæ gratiæ necessitatem in vestriendo, & ejus efficaciam in perseverando.

12. Est admirandum opus Omnipotentis Divinæ.

Admiranda mundi structura primo elucet ex coordinatione partium inter se: Deus Creator singulas creaturas singulariter laudavit, quod essent bonæ: *Vidit Deus lucem quod esset bona.* Verum cum

omnia creata cumulatum intuitus est, laudavit ea, quod essent *valde bona*. Quid ergo nunc acceperunt supra id, quod antea habebant? Respondet Lyranus: *Licet qualiter species entis bona sit in se, ex universis tamen partibus universi ordinatis ad se invicem, & uterius ad Deum admirabilis pulchritudo, & bonitas consurgit.* B. ferm. 3. n. 25.

Deus perfectiorem, & etiam imperfectiorem mundum potuisset producere, sed non didit illum prout voluit; unde non potest non esse perfectus, quia secundum Dei Optimi libertatam voluntatem est factus. Atque hæc perfectio consistit in mira rerum varietate, in ordine, & dispositione, in plenitudine, & universitate, in archa connexione, in discordi concordia, in sympathia, & antipathia, ac proportionate. Zahn. Oecon. Mund. ferat. 1. c. 6. C. Gen. 1. v. 31.

De Mundi magnitudine, & latitudine ad innumerabili millionum ac millionum hominum multitudine habitata, ac frugum ubertate repleta querit Siracides: *Latitudinem terræ, ac profunditatem abyssi, quis dimensus est?* Etc. Ibid. c. 7.

Sicut artifex, in magno aut minore opere automato rotulas, partesque omnes ita accurate proportionare debet, ut nulla pars nec magnitudine excedat, nec parvitate deficiat; ita Deus partes omnes mundi ita inter se proportionavit, in numero, pondere & mensura, ut dici possit, ac debeat: *Bene omnia fecit!* Ibid. in fine.

Deinde elucet admiranda mundi structura ex rerum varietate, ex rerum ordine, ex rerum universitate, ex rerum connexione, ex rerum sympathia, & antipathia, ex rerum proportionate, ex rerum administratione. & C. in Gen. c. 1. v. 31.

Mundus sic dictus est, quia nihil eo mundius, nihil pulchrius, nihil ornatius, vocatur etiam universum, seu rerum omnium complexum, conglobarum ex creaturis omnibus. Eius forma est Sphærica; corpori enim nobilissimo ac capacissimo debebatur figura nobilissima ac capacissima, qualis est Sphærica.

Mundus tripliciter sumitur: *Mundus Archetypus*, est Mens Dei Creatoris complectens omnes ideas rerum creaturarum; ita S. Augustinus ait: *Mundus est ratio sempiterna seu incommutabilis, qua fecit Deus mundum.* *Mundus Angelicus* consistit triplici Angelorum Hierarchya. *Elementaris*, qui componitur ex quatuor elementis, & corpore caelesti, cujus maxi-

S. Aug.
1. Retra.
c. 3.

ma pars est terra, una cum aqua, Oceano, maribus & fluminibus unum globum constituens, & propterea dictus *Globus terraëqueus*.

13. *Totus creatus est ad hominis emolumentum.*

Attolle oculos, o homo, numera stellas, si potes: volucres in aere: animalia in terra, pisces maris, arenas littoris, arbores, ac plantas: hæc omnia ad tuum obsequium produxit Deus. Unum in montibus producit aurum, argentum, metalla, gemmas: in firmamento quot motus siderum, & varii influxus: in elementis quot animalium genera: &c. ad quid hæc omnia? omnia ad tuam conservacionem, & delectamentum. *Omnia subiecisti sub pedibus ejus.* Etc. B. ferm. 20. §. 4.

S. Augustinus considerat diversissima bona, quæ Deus in emolumentum hominis in hoc mundo produxit: intuetur claritatem luminis, puritatem aeris, delectamentum muscæ, suavitatem odoris, amantem tibi & potus, multitudinem animalium, volucrum, piscium, arborum, frugum, plantarum, aliaque innumera: tunc exclamat, si Deus tanta fecit pro mortali hoc corpore, quanta fecerit necesse est pro immortalis anima in caelo! & C. B. ferm. 53. n. 13.

Philosophi Mundum sensibilem in duas partes dividunt, quarum ea quæ est nobilior & simplicior supra lunam, dicitur *activa*, eo quod caelestis ac sydereæ hæc pars ad rerum inferiorum productionem concurret tanquam principium activam, altera vero pars inferior *passiva* nominatur, cum respectu cæli, a quo omnis influxus, & incrementa recipit, passive se habeat.

Administratio totius universi in bonum cedit hominis, & præcipue admiratione dignum est, quod rerum omnium in mundo apparatus, & varietas in hominis bonum ordinetur; alie enim res pertinent ad hominis necessitates, & commoditates, alie ad oblectationes, remedia, & sanitatis præsidia. Quia etiam mala in hominis utilitatem ordinata sunt, ut ait Pererius: *Mala pene Deus ordinat ad castiganda mala culpe.* Zahn. Oecon. Mund. ferat. 1. c. 6.

14. *Erroneæ ab antiquis conceptus.*

Philosophi nonnulli antiquiores putant Mundum esse ingentium, non cre-

creatum, eumque ab æterno existisse. Imo Deum necessitate fuisse compulsum, ut Mundum conderet ab æterno. Sed falsum id est, quia de natura Enis perfectissimi est libere, & sine necessitate agere. Quare, quid ergo Deus egerit ab æterno? Respondeo, quod seipsum cognoscendo infinite amaverit, & futura præordinavit, vel etiam quod nimium curiosus Maestatis suæ scrutatoribus infernum præparaverit, quod S. Augustinus natus hujusmodi sciolis respondisse fertur.

Alii, ut Democritus & Epicurus statuerunt Mundum fortuita atomorum concussione productum, eumque aliquando corruptendum, nec demum restaurandum esse.

Manichæi asseruerunt duo esse rerum principia, sive duos Deos, unum Bonum, conditorem spirituum, alterum Malum creatorem corporum. Communis complures Ethnici tenuerunt, duas rerum omnium causas esse, unam Bonam, qua res omnes bonæ, uti stellæ, plantæ, homines, & animalia: altera mala, a qua quæcumque mala, & etiam venena, ac quævis noxia originem traxerunt.

Brachmannes ridicule docuerunt, plures numero fuisse mundos, quos omnes Deus ex aqua instar ovi produxit, & unum mundum antecessisse alium, & post hunc præsentem iterum fore alium, ita ut per omnem æternitatem ante & retro nulla ætas fuerit, aut futura sit sine Mundo. Unum autem post alterum interisse, & hunc præsentem iterum interitum.

Arius tandem & alii dixerunt, Mundum non a Deo, sed ab Angelis fuisse creatum: Statuerunt enim Deum creasse Filium, & hunc creasse Spiritum Sanctum, ab hoc autem productos fuisse Angelos, ab his tandem Mundum, & ea que in mundo sunt.

Quoniam Gentiles, ut supra memoratum est, Mundum instar ovi productum esse putarunt, voluerunt ulterius, in hoc ovo tria hæc contineri, cælum, terram, & abyssum, quæ etiam ab illis tres mundi nominantur. Alii quatuordecim Mandos in hoc ovo contineri docuerunt, quorum octo ab illis subæthereis, sex reliqui superæthereis vocabantur, in quibus delectiosa omnia, præter vinolum mare, syrupus & saccharum cresceret.

Sinenes Myths in Insula Mucos coluerunt idolum, uti vocabant, Dei supremi: iste Deus, æbant, minoribus Insulis custodiendum tradidit ovum quatuor
D. Claus Spicil. univ. Paris. III.

elementis referunt. Ovo illo, per incursionem custodiendum esserit bovis cornibus confodit, prodiit totius Mundi apparatus, excepto homine. Piget plura id genus fabulosa commenta recensere, ex quibus patet, in quas absurditates abripi possit humanum ingenium sola fuisiis opinione ductum, & non rationis, ac prudentiæ magisterio moderatum. O. Serut. 1. c. 2.

15. *Non Gyrtatur systemate Copernico.*

Systema Mundi appellatur coordinatio & compositio inagnarum Mundi partium, hoc est, Elementorum, stellarum, calorumque omnium, quoad ordinem tum inter se, tum respectu centri universi.

In primo & antiquissimo Systemate, quod *Protomaicæ* vocatur, terra immota statuitur circa medium universi. Hic tellus, seu globus terraëqueus in centro mundi stat quiescens, & omni motu destitutus: supra globum terraëqueum collocatur aer vaporibus, & halitibus permixtus, qui cum ad paucorum miliarium altitudinem assurgat, atmospheræ nomen habet. Talis Mundi constitutio ab antiquis ut plurimum fuit approbata, uti a Pythagora, Archimede, Gicerone, Plinio, & aliis.

In secundo Mundi systemate, quod *Tychonicum* appellatur, Tycho Brache Nobilis Danus, & præstantissimus Astronomus, censuit quidem cum Ptolomæo quoad immobilitatem terræ, centrum in Mundi centro statuit, & circa illam totam cælorum machinam ab ortu in occasum, impetu primi Mobilis deferri admittit. Circa phenomena autem Planetarum, & centrum motus solaris, explanationem & mensuram differentissimam utitur. Hoc systema amplèxi sunt Longomontanus, insignis Astronomus, Kircherus, Schottus, & alii.

In systemate *Copernicano*, cujus Nicolaus Copernicus Borovius Medicinæ Doctor, & Canonicus Frauenburgensis auctor est, & sol & stellæ immobiles sunt, terra autem mobilis est, & circa solem & stellæ circumvolvitur. Huic adhærent, & ingentios hypothesibus confirmant Gassendus, cum Cartesians, ac aliis hoc tempore pene innumeris, maxime Acatholicis. Verum hoc systema cum veritate sacræ Scripturæ conciliari non potest: Ibi enim solem ab ortu in occasum vergere, in suo cursu a Jove per illud: *Sea Sol!* fuisse suffaminatum, aliaque
O 3
quæ

que solis motum demonstrent, adeo sunt frequenta, ut hæc opinio a Sede Apostolica fuerit reprobata, quam & ipse Copernicus tandem solemniter revocavit.

16. Datur unius, & unicus.

Quidam ex Veteribus Philosophis fingunt plures mundos, finitos tamen, ut Manichæi. Alii infinitos, ut Democritus, quibus etiam magnam diversitatem assignit, dicens, aliquos esse sine sole, sine luna, sine plantis, sine animalibus, sine humore. Cum Alexander Magnus ex Diogene, & Anaxarcho audisset, dari infinitos mundos, illacrymasse fectur. Causam lacrymarum quaesitus, respondit: An non dignum est flere, necundum unius mundi esse perhibeantur, si quod infiniti Domini simus? sed hæc nuge sunt.

Plutarchi de tranquil. anim.

Doctissimus Plato, unicum dari Mundum duobus argumentis adstruit: 1. Quia perfectus, atque integer non foret, nisi omnia in se comprehenderet, quæ a Deo creata sunt. 2. Quia conveniens est mundum suo Archetypo, quæ exemplari, hoc est, Divinæ naturæ correspondere: sicut ergo unus est Deus, una prima causa, ita necesse est unum esse universum.

Recentiores mundi unitatem his declarant argumentis: Si alius daretur mundus, reponi deberet ultra ultimam cæli spheram, in spatio imaginario: sed ibi corpora aliqua esse est impossibile, cum nihil esse supponatur, & mere fictitium: quod autem nihil est, nec partes habet, nec effectus.

Eruditissimus Kircherus sic pro unitate Mundi pugnat: Implicat dari plura universa, reversum enim est, quod omnia complectatur: omnia autem complecti hoc universum non posset, si plura darentur universa.

Nihilominus Veteres hunc Mundum discerniebant, in novem partium classes: Prima erat Entium a prædominio igneorum, secunda Aerorum, tertia Aquarum, quarta Terræstrium, quinta Mineralium, sexta Vegetabilium, septima sensitivorum terræstrium, octava, animalium aquaticorum, nona Microcosmi seu Hominis. Zahn, Oecon. Mund. Scrut. t. c. 9.

17. Magis amatur a peccatore, quam cælum.

Cain duplici maledictione a Deo punitus fuit, tum quia fuit proscriptus a facie Dei, tum quia fuit eiecus a facie

terræ: hoc alterum magis deplorat ille impius, quam primum supplicium: Ecce eiecis me hodie a facie terræ, & a facie tua abscindar. Rupertus ait: Hoc timet, ne agricolari sibi non liceat, ne terram quam solam amat, perdat. Ita adhuc multi &c. B. ferm. 24. n. 26.

Rupert. l. 4. in Gen. c. 7.

Judas proditor unguentum Magdalene trecentis denariis æstimat, dein autem Christum Dei Filium triginta denariis vendit. &c. B. ferm. 24. n. 30.

Tribus Ruben & Gad inventis opimis pascuis circa Jordanem ibi immolari, nec ultra ad terram promissam tendere cogitabant: O infenlatosterræ amatores, qui nihil aliud cogitant, quam pascere hæc animalia! de anima nihil, de cælo nihil solliciti sunt. &c. S. punct. 72. fol. 236. & punct. 78. fol. 245. in fine.

Similes hi sunt pueris ludentibus, qui domunculam ex sabulo, aut luto confectam pluriis æstimant, quam Regis palatium. Similes sunt talpis, qui in suis foraminibus & latibulis adeo sibi complacent, ut ad liberum aerem non aspirant. Similes sunt nocturni seu vesperilionibus, qui solem avertant, & solum nocturnas tenebras amant. Similes sunt fatuis, & cerebro corruptis, qui frusto vitri magis, quam adamante delectantur.

18. Punctum est, si cum cælo conferatur.

Attolle, o homo, oculos, & intueresydera innumera: parva quidem tibi videntur, sed scito aliqua ex illis trigentes quinque, aliqua quadragesies, aliqua septuagesies bis, aliqua nonages, aliqua centies, & septuagesies majora esse terræquo orbe, imo quæ minima sunt ex syderibus orbem nihilominus decies octies magnitudine excedunt: jam considera spatia intermedia, in quibus innumerabiles adhuc alie stelle affigi possent, & ex his omnibus metire immensum firmamentum ambitum: quid de cælo empyreo dicendum est, quod adhuc altero tanto altius est? &c. Bene igitur Seneca de hoc mundo. O quam ridiculi

Senec. l. 1. Nat. in praefat.

sunt mortalium termini! punctum est, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis: hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro, & igne dividitur. &c. B. ferm. 53. n. 12. S. punct. 78. fol. 246.

Si in stella aliqua, & multo magis si in cælo empyreo essemus, & despiceremus hunc terræ globulum, an non exclamaremus: hoc est illud punctulum, cui

rei inhiant filii Adæ, quasi formicæ: O quam angusti sunt mortalium termini! &c. C. Gen. c. 1. v. 14.

Terrarum magnitudo ad unicam stellam comparata, quarum supra millena millia in cælo fulgent, & unaquæque etiam minima globo terrestri decies octies major est, punctum reputatur. Sol, qui infæ disti intuitibus apparet, centies sexagesies mundum magnitudine superat. Cælum supremum tanta altitudine distat a terra, ut si primus Protopaterens adhuc viveret, & a tempore suæ creationis quotidie ododecim millaria versus cælum ascendendo confecisset, nondum ad cælum pervenisset. Firmamentum seu cælum sydereum tanta velocitate vertitur, ut stella in Equatore intra momentum 2264. millaria Gallica conficiat. Zahn Oecon. Mund. Scrut. t. c. 7.

19. Nihil habet stabile & constans.

Philo libro, quod Deus sit immutabilis, variationem mundi describit: Floruit, inquit, quondam Græcia, sed Macedones abfulerunt ei potentiam, ante res Macedonum inelyta erat Persia, sed una dies finem attulit: Nunc Persæ sunt Partorum provincia: fuit & Aegypti olim perampla potentia, sed nubis in morem præterit ejus felicitas. Quid Aethiopes: quid Carthago: quid Europa, Asiaque: quid Africa: quid Pontici Reges; & ut compendio dicam totus orbis habitabilis; Nonne more navis susque deque jactata marinis fluctibus nunc secundis, nunc adversis utitur: Nam Verbum Divinum ^{psal. 8.} ludens in orbe terrarum omnes gentes circumlustrando nunc his, nunc illis imperia vel tribuit, vel admittit, &c. S. punct. 20. fol. 628.

Mundus est plenus mendaciis, itaut dici possit: Filius hominum usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium; Sic hæretici pressi a Catholicis implorantur auxilium Turcæ, & ab hoc loco auxilii premuntur jugo Turcico, uti Buda, & Hungaria: accidit. Sic Magi Sagæ dzmoneum invocant: sic multi autem sectantur, ut honores consequantur. Sic multi spes suam reponunt in Principe, Prælato, & amico. Sic multi in filiis, in longævitate, in promissionibus adulatoris confidunt: & postremo non nisi mendacium experiuntur: mutantur circumstantiæ, Mors unum vel alterum præmature abripit, spes omnis concidit, nihil fit quod sperabatur. C. Mich. x. v. 15.

20. Cum omnibus creaturis admoner hominem sui finis.

Qualibet creatura tria clamat: Accipe, reddo, fuge: accipe beneficium, reddere debuit, fuge supplicium: prima vox est famulantis, altera monentis, tertia comminantis. C. Gen. cap. 1. v. 1.

S. Chrysol. ait: Tibi cælum in die s. claris lucis splendore vestitur, & solis fulgoribus decoratur: in nocte clarissimo lune speculo, & astrorum vario fulgore polus ipse illustratur: &c. Tibi tempora alienis vicibus immutantur, frondescent silvæ, amenantur campi, præta virescunt, &c. Quid si tibi universa natura constanter diceret: Ego tibi a Domino verum parere præcepit sum: pareo, obtemporo, servio, & cum mutato non mutor, &c. Quis talis es, qui in hoc contemptu consistit, qui creature imperas, & creatori non servis; qui Dominatum exerces, & Dominum non agnoscis; &c. C. Gen. c. 1. v. 5. in fine.

S. Fera, ser. 1. de Pœsi.

S. Bernardus ait: Tria sunt, quæ in magno hoc mundi opere cogitare debemus, videlicet, quid fit, quomodo fit, & ad quid fit: si queris quid fit; inæstimabilis potentia commendatur, quæ tam multa, tam magna, tam magnifice & sapienter creata sunt. Si queris quomodo sint; miraberis alia sursum, alia deorsum, alia in medio ordinatissime esse locata. Si queris, ad quid sint; occurrat tam utilis benignitas, tam benigna utilitas, quæ etiam ingratis sine quoque, multitudine, & magnitudine beneficiorum possit obnuere. Zahn Oecon. Mundi. Scrut. t. c. 6. in fine.

Regna & Provincie Mundi.

21. Cujus sint magnitudinis.

Germaniæ, cujus centrum dicitur esse Urbis Moguntina, longitudo est 210. latitudo 135. circumferentia 690. milliarium. Hispania longa est 187. milliaribus germanicis, lata 156. in circuitu complectitur millaria germanica 687.

Gallia habet in longitudine millaria germanica 115. in latitudine 127. in ambitu 485.

Italia longa est 720. Milliaribus Italicis sive 180. germanicis, lata 260. milliaribus Italicis, seu 65. germanicis.

Hungaria longitudo est 60. milliaribus germanicis, ac par fere latitudo.

Polonia a finibus Sileſiæ ad terminos Moſcoviz occupat 120. Milliaria, nec minus a Livonia uſque ad fines Hungariæ.

Bohemia longa eſt 40. Milliaribus Germanicis, & eſt regionum altiffima; nulla enim flumina ab extrinſeco illam ingrediuntur, multa vero ex ea profluunt. VV. art. diſc. font. 57. ex. 1. Tempore Ferdinandi I. in regno Bohemiæ numerabantur civitates 102. quarum 47. ad regem, 61. ad ſpecialia ſpectabant Dominos. Parvæ urbes & oppida 208. Arces regiæ 18. aliæ 258. Patochiz 2033. Pagi 30262. qui numerus anno 1613. auctus fuit. VV. art. diſc. font. 65. ex. 2.

Polonia tantæ eſt amplitudinis, ut ex ſolis Nobilibus, qui privatiſſimis Regno militare tenentur, centum quinquaginta militum millia in aciem educere poſſit.

22. Qua forma regiminis optime regantur.

Regna Ariſtocratica & Democratica inprimis immunia ſunt a deceptionibus impoſterum, qui deſunctionem Monarcharum perſonam mentiti ſunt. Sic mortuo in prælio Aldephonſo Rege Hiſpaniæ, quidam Hiſpanus Regi per omnia ſimilis ſe Aldephonſum eſſe ſinxit. Alius impoſtor Lubecæ Friderici II. Imperatoris perſonam ſimulavit: Alexius quidam Manuſelis Comneni Imperatoris ſe Filium jactavit. Juvenis quidam Judæus Herodis mortui formam induit. VV. art. diſc. font. 80. ex. 2. Ab his deceptionibus regnum Ariſtocraticum, aut Democraticum liberum eſt.

Monarchicum tamen Regimen præ cæteris felix, & optimum cenſetur. Legatus Turcicus cum Francofurti ſibi Germanorum Principum potentiam laudari audiret, repoſuit, videri ſibi Imperium Romanum ſimile beſtiæ multicipiti, quæ propter diverſa capita ſepimentum aliquod pervadere non queat. At Imperium Turcicum eſſe beſtiam unicipitem, & multarum caudarum, quæ ubi ſemel capite tranſiit fecit, reliquum corpus & caudas facile poſt ſe trahit. VV. art. diſc. font. 8. Ex. 4.

23. Quos mores habeant.

In ſum nigrum colorem pro feſtivo, albiſſimum pro triſti habent; hinc mortuis ſuis albo veſtimento parentant. Americani tantæ ſunt velocitatis, ut cervos curſu ſuperent. Americani Meridionales

ovibus agros arant. VV. art. diſc. font. 83. ex. 9. In Græcia non prædant mulieres cum viris.

Marocchum urbs Mauritanicæ agros ſuos intra muros habet, nos extra.

In Imperio Sinenſi tot linguæ uruntur, quot provinciis, ſic ut alter eorum tam parum intelligat, quam Germanus Italum, in ſcriptis tamen pleniffime ſe invicem aſſequantur.

Japones in conviviiſ ad ſingulas eſcas menſam mutant.

Atramentum Sincicum eſt in maſſulas oblongas coactum, quo characteres non tam ſcribunt, quam pingunt.

Germani corpore ſunt robuſti, in veſtitu inſtar ſimæ variabiles, in conſiliis ſerii, tardi, & fideles, in arcanis obliſioſi, in Religione ſuperſtitioſi, in conjugio dominativi, vitio ebrietatis dediti, & podagræ obnoxii.

Hiſpani corpore ſunt proceri, in veſtitu modeſti, in moribus graves, in vidu ſatiſidioſi, in arcanis muti, in fide fallaces, in conſiliis cauti, in Religione conſtantes, in conjugio tyranni, omnis generis morbis obnoxii, & in morte generoſi.

Itali corpore debiles, animo aſtuti, in moribus leves, in vidu ſobrii, in arcanis taciturni, in conſiliis ſubtiles, in Religione Religioſi, in conjugio ſuſpicioſi, lui peſtiferæ obnoxii, in morte deſperati.

Galli ſunt corpore agiles, animo elati, in veſtitu prothet, in vidu delicati, in arcanis garruli, in fide leves, in conſiliis præcipites, in Religione zeloſi, lui veneræ obnoxii, in morbis impatientes, in morte inviti.

Angli ſunt corpore delicati, animo ſuperbi, in moribus ſuaſes, in vidu guloſi, in arcanis inſidi, in conſiliis imprudentes, in Religione inſtabiles, in conjugio ſervi, in morbis lupi, in morte præſumptuoſi.

24. Qua rerum diverſitate utantur.

Mel alibi dulce eſt, in Corſica amarum. Sal Europeus candidus, in China ruſus. In locis paluſtribus ulcera capitis celeriter, crurum difficulter ſanantur. Levia ſunt vulnera capitis Bononiæ & Lutetiæ, letalia tibiarum Avenione, & Romæ. VV. art. diſc. font. 83. ex. 9.

In Africa nulli dantur cervi & apri, in Egypto nulli flores odorati. Moſcovitz annam a Septembri inchoant, curſus a mundi geneſi, non a

Chriſt.

Chriſti natiſſitate numerant. Erga peregrinos ſunt inhumani, eoſque qui alunde adveniunt, in mancipatu detinent. W. art. diſc. font. 83. ex. 9.

In Cypro propter aſtum intolerabilem nonniſi nocte iter confici poſſet.

Infulæ Afores in Oceano Atlantico miram habent antipathiam cum cimicibus, & pulicibus; navigantes enim, ut primum hæ infulas atigerint, extemplo ab his animalibus liberantur. W. art. diſc. font. 85. ex. 6.

QUATUOR PARTES MUNDI.

Europa.

25. Cujus indolis? qua memorabilia?

PARS eſt terreſtris globi celeberrima tum ob armorum virtutem, tum propter artium, & ſcientiarum gloriam. Figuram habet ſemina ſedentis, cujus caput Hiſpania, collum Gallia, brachia Italia & Britannia, venter Germania, umbilicus Bohemia, reliquum corpus ſub veſtibus circa ſedem late diſſuſiſ implem Norvegia, Dania, Suecia, Pruſſia, Polonia, Hungaria, Thracia, Moſcovia, aliæque ibi regiones.

Longitudo Europæ inter Hiſpaniæ promontorium, quod Vulgo dicitur *Capo de Vincente* ad Obii fluminis oſtium, eſt milliarium Germanicorum circiter Nonagenerum, tribuendo ſingulis milliaribus Germanicis Quatuor Italica. Latitudo ab extremo Peloponneſi promontorio, ad promontorium Boreale complectitur milliarium Germanica circiter quingenta quingenta.

Dominia in Europa præcipua ſunt comprimiſſi duo Imperia, Occidentale Romanorum, cujus ſedes nunc eſt Vienna Auſtriæ, & Orientale nunc Turcarum, cujus Sedes Conſtantinopolis. Aliqui addunt tertium in Sarmatia, ſeu Ruſſia, cujus Metropolis eſt Moſcova; verum alii Magni Ducatus nomine comprehendunt.

Regna Europæ ſunt plurima, & eaque potentiffima, uti Hiſpania, Gallia, Polonia, Dania, Bohemia, Hungaria, Anglia, Suecia, Tartaria minor ſeu Præcopenſis, & alia. Archiducatus eſt unus Auſtriæ. Magni Ducatus tres, Moſcovia, Lituania, Tuſcia. Reſpublicæ in Germania tres uti Hanſaticarum urbium, quarum caput Lubeca; Conſederatorum ſtatuum Holandiæ, & Helvetiorum in Italia Reſpublicæ ſunt Vene-

tia, Genua, & Luca. Ducatus & principatus ubique diſperſi præter innumerum Comitatus, Baronatus, & alia Prænobilitium dominia.

Lingue præcipue ſunt quatuor, Latina, Græca, Teutonica, & Slavonica, ad quas aliæ facile reduci poſſunt.

Urbes celeberrime ſunt Romæ in Italia, Conſtantinopolis in Thracia, Lutetia Pariſorum in Gallia, Praga in Bohemia, Liſbona in Luſitania, Madritum in Hiſpania, Londinium in Anglia, Moſcova in Moſcovia, Vienna in Auſtria, Neapolis, Amſtelodamum, Mediolanum, Genua, Venetia, Gandavum, Antverpia, Colonia, & alia innumera &c. O. Scrut. 4. Diſq. 1. c. 2.

Infulæ præcipue in Europa ſunt: In Oceano Anglia, Scotia, Hibernia, Orchades, Hebrides, aliæque circa Angliam & Galliam. In Mediterraneo ſunt infulæ Balæares, Minorica, & Majorica. Item Sardinia, Corſica, Melita, Coreyca, Cephalonia, Creta, ſive Candia, aliæque.

Montes præcipui ſunt Pyrenæi, qui Hiſpaniam a Gallia ſeparant: Alpes Rheticæ, Appenninus in Italia, Carpathus in Hungaria, Montes Riphej in Moſcovia, Ætna in Sicilia. Montes Hercini in Germania, Alpes in Gallia, aliique.

Flumina primaria Danubius, Rhenus, Viſurgis, Albis, Moenus, Odera, & plura alia. In Gallia Bodanus, Moſella, Sequana, Varus. In Italia Padus, Atheſis, Mincius, Ticinus, Arnus, Tiberis. In Illyrico Savus & Dravus. In Hiſpania Iber, Tagus, Betis, Guadana. In Polonia ſitula, in Hungaria Tibiſcus. O. ubi ſupra &c.

Africa.

26. Qualis ſit? qua ejus notabilia.

EXIGUA Iſthmo Aſiæ affigitur, diſta propterea maxima Mundi peninſula. Maxima illius pars inculta, aut arenis ſterilibus obduſta, aut ob ſiccam calam terrarum deſerta eſt, aut inſeſtatorum multo, ac malefico animalium genere.

Figura Africa triangularis eſt quaſi figura cordis. Sita eſt majori ex parte Zona torrida atque a Septentrione terminatur Mari Mediterraneo, ab occaſu mari Atlantico & Æthiopyico, a Meridie Indico, ab ortu vero mari clauditur rubro, ſeu ſinu Arabico.

Longitudo Africa computata inter duo promontoria, Heſperium ſcilicet, quod vulgo dicitur *Capo Verde*, & alterum ad fauces ſinus Arabici, dicitur

Capo

Capo de Guarda est 1150. Milliariorum Germanicorum. Latitudo ab Herculis freto ad promontorium Bonæ spei 1248. Milliarium. Unde patet inter eas longitudinem, & latitudinem non esse fere differentiam.

Regiones Africae sunt Ægyptus, Africa Minor, proprie Garamantarum Regio, Numidia, Mauritania, Gætulia, Lybia, Arabia, Æthiopia. Nunc autem potissimum dividitur in septem regiones, quarum nomina sunt: Ægyptus, Barbaria, Biledulgerid, Sara, Nigritarum Regio, Æthiopia interior, quæ est Abyssinia, & Æthiopia exterior.

Insulæ circa Africam versus orientem, sunt Madagascar, sive insula S. Laurentii cum pluribus aliis in sinu Barbarico dispersis. Contra Mauritaniam sunt Insulæ septem, olim Fortunatæ, hodie Canariæ dictæ: ob multitudinem canum, quibus abundant. Vetus Septentrionem est: Madera, & aliz minores.

Fluvii celebriores, & maximi in Africa sunt Nilus omnium fluviorum in mundo celeberrimus, Nigris seu niger dictus, Garamas, Tagaus, & alii plures.

Montes præcipui sunt Abyle, quos & Herculis columnas veteres dixerunt, quasi laborum eius metas. Mons Mauritaniæ Atlas, Poecarum fabulis decantatissimus, & alii. O. Scrut. 4. Disq. 1. c. 2.

Asia.

27. Qualis sit, quæ notabilia habeat.

Orbis terrarum pars major, ab initio rerum omnium nobilissima fuit, ut quæ prima genus mortalium intra se confexit, & in alias mundi partes emisit, prima gentium ritus, sacra, mores, rationemque vivendi alias docuit. In ea primum Ecclesia Dei fundata est, in ea Monarchie Assyriorum, Babyloniorum, Persarum, & Medorum fuere celebres. In ea est terra sancta: in ea denique originem habuere pleræque scientiæ, artes, & linguae.

Magnitudine æquat Europam, & Africam simul, ejus longitudo inter Hellespontum & Malacam extremum Indiz emporium est circiter 1300. Milliarium Germanicorum. Latitudo maxima inter sinces Arabici sinus, & Tabin promontorium creditur esse 1220. Milliarium Germanicorum. Terminatur Septentrione Oceano Scythico, ab Oriente Mari Eoo, a meridie mari Indico, ab occi-

dente sinu arabico, seu mari rubro. Asia hodie dividitur in quinque vastissimas partes: 1. est Tartaria major, quæ a Mæotide, & Europæ finibus reliquis versus mare hyperboreum usque ad Persiam, Indias, & Chinas extenditur, a qua montibus, & muro 400. leucarum differminat. 2. est China, quæ clauditur mari Chinesi, India, & Tartaria, eique ad orientem adjacet Corea, & insulæ Japonicæ. 3. est India a Gange fluviobifecta in Indiam intra Gangem, & extra Gangem, quæ versus orientem extenditur. 4. est Persicum Imperium, clauditurque a Septentrione mari Caspio, Oxo flumine, & Caucafo monte: ab oriente Indo flumine, a meridie mari & sinu Persico: ab occafu Euphrate & Tygri fluminibus. 5. completitur Imperium Turcicum, & in eo sunt Albania, Iberia, Armenia, Cappadocia, Galacia, Pontus, Bythinia, Natolia, Lycia, Pamphilia, Syria, Mesopotamia, Arabia triplex, Insulæ Cypros, & Rhodus.

Flumina primaria in Asia sunt, in Tartaria Obyus, Tartar, Albanus. In China sunt Hoang ab aliis Caramora, a Latine croceus dictus. In India Ganges & Indus. In Persia Ilmer, Aras & alii. In Arabia Euphrates & Eda. In Turcia Tanais, Tura. In Albania Albanus & Araxes. In Syria Jordanus præter plurimos alios.

Montes celebriores sunt, in China versus occidentem catena montium, quæ tingitur. In Persia Caucasus. In Arabia Mons Sinai, Orus, & S. Catharinæ. In Armenia Ararat. In Syria Libanus. Mons maximus, & reliquorum pater est Taurus, qui totam fere Asiam, ab occafu in orientem, nempe a Lycia usque ad ultimos Seres dividit in Meridiem. O. Scrut. 4. Disq. 1. c. 2.

America.

28. Quas qualitates & memorabilia habeat.

Anno Domini 1492. a Christophoro Colombo, nomine Regis Castellæ inventa, dein ab Americo Vesputio Florentino, unde & nomen sortita est, amplius detecta fuit. A nonnullis India occidentalis nuncupatur, quia utriusque incolis similis, ac pene eadem vivendi ratio fuit, nudi enim instar brutorum incedebant. Vocatur & novus Orbis ob magnitudinem, quod veteris orbis partes Europam, Africam, & Asiam pene exæquet.

ELEMENTUM AERIS.

Includitur undique Oceano: ab ortu Atlantico, qui vulgo *Mar del Nord*; a meridie Magellanico freto, ab occafu Mari pacifico, vulgo *Mar del Sud* & Aniano fæcto, quo ab Asia distinguitur: a Septentrione mari glaciali: quamvis tractus ille versus polum adhuc Europeis sit incognitus, unde nihil certi de ejus extensione, & situ dici potest.

Longitudo illius inter duo freta, Anianum & Magellanicum est 2400. Milliarium Germanicorum. Latitudo inter promontorium Capo di fortuna, & promontorium Capo di Breton in nova Francia, est 1300. Milliarium.

Dividitur in septentrionalem, quæ & Mexicana, & Meridionalem, quæ Peruviana vocatur: utraque peninsula est, & prior illa sic dicitur ab urbe Mexicana primaria, posterior a provincia Peruviana, quæ ditissima, in ea sita est.

Septentrionalis Mexicana longitudo inter fretum Anian, & Isthmum est 1300. Milliarium, & latitudo eadem. Dimidia illius pars versus occidentem plane adhuc incognita est, nec in ea quidquam præter littora detectum. Altera pars in plures regiones dividitur, uti sunt Canada, nova Francia, Virginia, Florida, nova Hispania, California. Meridionalis, sive Peruviana America in tria panditur latera instar cuneorum: horum unus spectat Americam septentrionalem, alter Africam, tertius terram Magellanicam: longitudo ejus extendit ad mille Milliarja Germanica.

Insulæ circumjacentes sunt plurimæ, Hispaniola, Cuba, Jamaica, & aliz innumeræ versus orientem. Ad occidentem autem plures, sed minores.

Fluvii celebriores sunt Paragnion per novam Franciam labens, Maragnion, & fluvius argenteus, vulgo Rio la Plata, & Camera. O. Scrut. 4. Disq. 1. c. 2.

ELEMENTUM AERIS.

Aer.

29. Quid, qualis sit in quem finem sit?

Quamvis ob suam subtilitatem sub oculos non cadat, ut alia elementa, ex effectibus tamen in ejus cognitionem venire possumus. Est autem aer spirabilis quædam substantia, eaque subtilissima Humidi terraquei perpetuo evaporantis in omnes mundi partes expan-

sa. Seu est aqueorum, & terreorum corporum in caelestem materiam sive ætherem, qui terraqueo globo circumfunditur, exspiratum effluviū. Cum enim rerum fere omnium in mundo dentur continua effluvia, uti patet in rebus odoratis, quæ tandem, donec marcescant, fomenta odorifera emittunt, certum est, quod ejusmodi effluvia evaporent ex corporibus quibuscumque liquidis, in quibus humidum prædominatur. Hac effluvia quo puriora sunt, eo puriores, & quo crassiora ac graviora sunt, eo crassiores ac graviores aerem constituunt.

Philosophi sua industria quamplurima, eaque rarissima phenomēna, antiquis incognita, circa aeris gravitatem, seu elaterem, id est, mirabilem quandam virtutem se dilatandi manifestis experimentis comperti sunt. Hinc & didicerunt, aerem gravitate sua, non tantum partes inferiores sui ipsius, sed & incumbentem terræ, aquæ, aliisque corporibus premere, & gravitare.

Deinde & didicerunt, aeris vim elasticam inesse; quoties enim liber est ab extrinseco obfidente, & nifum suum cohibente, sponte se dilatatur, & extenditur, ita, ut ampliore locum occupet, cum fere in modum, quo spiræ, si graviponderem, aut alia pressione solvantur, in majus sese spatium erigunt, & evolvunt. Hinc, quod veteres, ad vacui metum, seu fugam referebant, defecto ex solo aeris pondere, seu pressione aut elatere profluere, Viri Docti melius ac versus demonstrant, uti explicant experimenta in Anthia & aliis instrumentis.

Aer ex natura sua fluidus & spirabilis est per hunc intermedium calum cum terra sua commercia exercet. Quo proximior est terræ eo crassior, & vaporibus permixtus est, interdum levior interdum gravior, ita, ut quasi quædam terræ & aquæ lanugo, ex omni generis effluviis constata videatur. Ex natura sua potius frigidus, quam calidus est, si quem habet calorem, cum vel a lumine solis reflexo, vel ab ignis particulis inspiratis nititur censetur. O. Scrut. 3. Disq. 1. c. 1.

30. An levis sit, vel gravis.

Nova Philosophia gravitatem aeris variis experimentis detexit: nam 1. Vestica, seu pila luforia aere intrinseca plena, intra aerem in suo statu naturali consistentem nititur deorsum, & simul cum suo

lucido vase, cui inclusus est, magis deprimit lancem, quam solum vas. 2. Aer intra vitrum conclusus Janci exactissime impositus plus ponderat naa cum vitro, quam solum vitrum, & plus deprimit lancem & manum: ergo similiter intra aerem sibi homogencum, seu in statu suo naturali consistentem exercet actum gravitatis. 3. Sicut aqua fundum sibi subiectum, ita circumfusus aer globum telluris ex omni parte premitt, & vim suae gravitatis eo majorem exierit, quo terra vicinior est; qua enim vi corpus grave ad centrum suum nititur, eadem terra adhaeret, cum quietetur, & ne a loco suo avellatur, per gravitatem suam obstat. 4. Majus pondus est aeris in montium radicibus, quam in eorum jugis, haud aliter, quam in ingenti acervolanae partes infimae magis compressa, quam supremae. Et sicut eadem lane moles, quae erat ceteris subiecta, in locum altioreni translata, ibique minus pressa sese explicat, & majorem locum occupat, sic idem aer, qui nobis proximus est, magis comprimitur: si vero in celsi montis verticem transfertur, in amplius spatium sese dilatat, & eoque magis, quo minus ab incumbenti aeris mole comprimitur. 5. Neque his omnibus obstat, quod aeris gravitatem non sentiamus; hoc enim adeo fit, quod gravitas ubique sit aequalis. Sic etiam urinator in fundo maris aequa incumbenti pondus non sentit, quia ibi velut in aequilibrio positus, ubique aequaliter sustentetur. 6. Mercurius in tubo inclusus, & in subiectum vas: in quo alius flagnat Mercurius, eodem tubo inverso dimissus, ad unius cubiti & quadrantis altitudinem, seu ad 27. pollicum fere digitorum elevationem suspensus haeret. Hoc experimentum cum in monte Alvernica capsum esset, Mercurius tribus digitis, & decem lineis depressior apparuit, quod eo loci minus esset aeris pondus: idem experimentum factum est in altissima turri Florentiae. Unde patet aeris difformis gravitas, ex ista inaequali Mercurii elevatione in fistula, prout altitudo aeris major aut minor fuerit. 7. Ex quibus patet, aerem non tantum gravitate, sed vi etiam elastica praeditum esse: unde in naturali sua constitutione, remota omni violentia, spatium occupat bis millies majus, quam in statu violentae contractionis, quae si removeatur, ingenti vi ad pristinam suam raritatem revertitur, unde constat, aerem in aere sponte dilatari, nunquam

autem sponte contrahi, sed semper hanc contractionem fieri a violentia externa, &c. O Scrut. 3. Disq. 1. c. 3.

31. Qualis sit in se, & quoad nos.

Aer per se tenuis & purus, mineralium tamen spiritibus, halituum feminibus, & terrae vaporibus commixtus est: Sic terra aluminosa aeri exposita, uti & nitrosa, alumine & nitro, quo jam fuit orbata, denuo impragnatur. Sic ferrum & cuprum aeri expositum exeditur, nec dubium, quin hoc accidat ex particulis salinis, & sulphureis aeri commixtis, unde durissima quaevis corpora exedi solent. Cum aer corporum & spirituum nostrorum sit elementum, eligendum est purus & lucidus, non, qui stagni aut paludis halitu turbatur, nec ex profundo specu pestilentem anam exhalat, nec qui faecore, & putredine coisquinatur, sed defaecatus, & temperatus.

Quanto aer a terra est remotior, eoque vicinior, tanto est purior & tenuior, quanto vero terra vicinior, tanto est crassior, & impurior. Dum autem aer tenuis est aer, animalium respirationi, ob defectum materis nitrosae minus convenit; unde S. Aug. testatur, in vertice Olympi aerem esse adeo tennem, ut neque alites, nec homines sustinere valeat; hinc homines illic spongiae aqua plena secum ferre solent, unde fugere possint humorem ad refrigerandum cor, atque ad respirandum.

Aer diu conclusus, noxius est respirationi, cum desit illi puritas, & levitas, conclusus enim aer solet esse vapidus, mucidus, putridus, & gravis. Optimus reputatur, qui commovetur, & lente profatur; hinc si aliquatenus corruptus, & insalubris sit, corrigendus est ignibus, & aquis decoctis, suffumigiis ex thure, styrace, & similibus: emendandus etiam ignibus ex quercu, junipero, myrrha, & aliis.

Insalubris etiam est aer, qui respiratione attrahitur ex loco fodiinis metallici propinquo, vel qui calcis, aut animalium venenatorum, cadaverumque putrescentium vaporibus inquinatur. Item in quibus taxus, & juglans, & similes arbores consistunt, ob atomos entium narcotica vi pollentes, quas expirant, & stuporem mentis adducere possunt.

Puritas & impuritas aeris prodest, aut obest ingenio vehementer. Sic qui in aere vivunt plurimum nebuloso & crasso

crasso minime ingeniosi sunt, uti Thracis, qui ob crassum aerem, obtusi, desidi, & oblivisi ingenii sunt. Hispani vero utentes aere puriori, profundioribus pollent ingenii. Et ordinarie homines, qui ad fluminum ripas, aut loca mari vicina habitant, astutiores solent esse, qui in agris, locis campestribus aut sylvestribus habitare consueverunt. O Scrut. 3. Disq. 1. c. 4.

32. Quomodo infici, seu corrumpi soleat.

Aer quoad suam substantiam omnis corruptionis & contagii expertus est, accidentaliter tamen corrumpi potest, a terrestribus, putridis, & in tabem resolutis effluviis, quae illi immiscentur. Sieque pro ratione immixtorum corporum salubris, aut insalubris est. Quocirca omnes Philosophi & Medici contagionum causam comprimis aeris corruptioni adscribunt.

Et I. quidem quietus aer, sicut stagnans aqua facilis corrumpitur, praesertim dum immoediis pluviis terra perfusa, succedente ingenti calore aduritur; tunc enim putrefactio facile contingit, quae dein a ventis ulterius propagatur.

2. Corruptur aer saepe ex defectibus, & deliquis caelestium luminarium: sic anno 1478. in mense Julio accidit ecliphs solis, & mox hoc ipso anno gravissima pestis per totam Italiam adeo debacchata est, ut in sola urbe Brixiana ultra viginti hominum millia, Venetiis ultra triginta millia perierint.

3. Saepè corrumpitur aer ex terra motibus, dum per concussionem terrae subterraneis evaporationibus, quae ex putredine animalium venenatorum nonnunquam proveniunt, via operitur. Sic anno 1231. ex terrae motibus, tempore Gregorii IX. Pont. Max. gravissima pestis orra est, quae ex decem hominibus vix unus peperit.

4. Aer corrumpitur ex putredine corporum omnino non, aut non bene sepultorum: a locustis mortuis aerem inficientibus: a Balena in litus olim Tuscanum prope Graviscum ejecta: a vermibus putrescentibus, a draconibus, aliisque animalibus venenatis, a frugibus male excoctis, verminosis, uti habetur a multiplici experientia.

5. Quamquam autem haec ita sint, porro annotandum est, quod contagiosa lues ex aere corrupto infecta, fere omnes alios morbos in sui naturam convertat.

Notandum ulterius, quod aer corruptus alium aerem sibi contiguum inficiat, & sic luem ulterius propagat. Notandum insuper quod frigus, & ventositas, & siccitas contagioni aeris obstat, i. jam corruptus igne, & sulphure maxime purgetur: Quocirca Hippocrates emendaturus aerem infectum in publicis plateis forum excitari jussit ex lauri, Cyprissi, Rosmarini, & Juniperi lignis, ac foliis, quibus misceri voluit sulphur, picem, & salem; quia sulphur innata sibi virtute instat ignis omnem humiditatem venenosam exsiccat, & omnem corruptionem destruit.

Veni.

33. Quae sit illorum causa, & origo.

Divinus rerum omnium Creator, multa naturae arcana sibi reservavit, quorum causam, & originem humanum ingenium haecenus non satis penetravit, & inter haec praecipue tria sunt, tonitru, fulmen, & venti. Quapropter Philosophi circa ventorum naturam & causas in varias abierunt sententias. Hippocrates dicit ventos omnes spirare a nive, glacie, fluminibus, stagnis, terraeque humida refrigerata. Anaximander fluxum aeris, cujus tenuissimas partes humiditas sol absorberit, ventum esse aiebat. Stoici ventum fluentis aeris impetum vocabant, qui pro diversitate regionum varia nomina obtineat. Venerius ventum dixit esse aeris fluentem undam cum incerta motus redundantia. D. Isidorus ventum definit aerem commotum, D. Damascenus aeris fluxum, denique Astrologi, aerem periculum ex dispari stellatum erantium ictu, tuncque ventis portam aperiri, cum Jupiter Solem, Lunam, & Mercurium diastemali irradiatione aspererit.

Generationis autem ventorum varias assignant causas. Quidam putant esse nubes in aere extensas, sua mole aerem hinc & inde prementes. Alii dicunt ventum procreari ex conflictu sinuum maris in quatuor terrae partibus. Nonnulli arbitrantur fieri ventos ex cavernis terrae, quas aer subit, indeque iterum egreditur. Porro Aristoteles docet materiam ventorum esse exhalationem calidam & siccam. Motum ergo ventorum ita explicat: Solis, & aliorum siderum attractu, multi halitus confertim in sublimi elati ad mediam aeris regionem perveniunt: inde ab aere illo frigidato, & densato

protrufi, refractio, ac diffultanti impetu reflunt: & quia pulfu deorfum aguntur, & ob inlitam leuitatem in fuperiora contendunt, dum neutra pars vincit, quali partita contentione neque furfum, neque deorfum, fed oblique flunt.

His vere & fapienter addunt plurimi, ventorum genefim eſſe unum ex iis, qua in naturæ contemplatione magna ex parte latent, hinc dicitur Deus producere *Terrenorum ventus de thofauris ſuis*, præfertim cum varia ſint ventorum ſpecies: *Eurus*, qui flat ab ortu, *Zephyrus* ab occaſu, *Auſter* a meridie, *Aquilo* a ſeptentrione: ſecundarii ſunt duodecim; quilibet enim tres ſibi habet collaterales. &c. C. in Eccli. c. 43; v. 12. Item Amos 4. v. 13.

Cum magna ſit diuerſitas ventorum, viribus, ac proprietatibus differentiatur, una certe eademque cauſa productrix aſſignari non poteſt. Aer nimirum dilatatus, aut condenſatus ac compreſſus magno motus excitat; unde, quo terreni halitus de die magis attenuantur, & dilatantur, eo altius eleuantur: de nocte autem, cum ea ſit frigidior, magis denſantur, & poſtillimum circa montes colliguntur, ibi vero collecti proprio pondere deprimitur, & ita ventum producat.

Ventus, qui leuiori conſtat halitu, ſublimior eſt, nec facile delabitur: cum tamen proprio ſæpe pondere in terram præceps ruit, ſtatim reſilit, vel præ impetu quem acquiſiuit, vel quia exhalatio una alteram urget & inſequitur.

Ventus matutino tempore ſemper eſt mollior in æſtate, quia ſol exorietis ſuo calore, & lumine aerem attenuat, ſic autem attenuatus dum furſum fertur, rapit ſecum vicinum aerem; & per conſenſum ad eandem partem confluunt occiduae aeris partes non attenuatæ.

Venti nec temporibus maxime frigidis, nec intente calidis vehementius flare ſolent, ſed temporibus maxime inter hæc mediis; unde & circa æquinoctium utrumque crebriores & vehementiores ſunt venti, &c. O. Scrut. 3. Diſq. 2. c. 2.

34. Habent ſtupendam vim.

In terris ſeptentrionalibus tanta eſt vis ventorum, ut cataphraſeos equites proſternant. In Tartaria flantibus ventis equitare nemo poteſt. Ex China in Japoniam nauigantibus ſæpe accidit, ut nauigia ventorum in aerem elevata ad litus elidantur. Sed melius vis ventorum cognofci non poteſt, quam ex terra motu; cum

enim terra ſit immanis gravitatis, utique grandem oportet eſſe vim ejus rei, quæ terram ipſam concutit. Bellarminus teſtatur ſe vidide, quod ventus ſerobem excavaret, & pulvere totum pagum cooperuit. W. ſci. diſc. font. 41. ex. 12.

Ventus, dictus *Eugephias*, ex nubibus erumpit magno impetu, fulminis inſtar, ſed ſine flamma, & ſine gyro. A præcellis plerumque motibus crebrius gignitur, pluuiolis temporibus frequentius impetus ſuos egerit.

Turbo, ſeu *Tryphon*, aut *Orean* ventus: eſt ſarioſiſſimus, & nauis periculoſiſſimus, eſtque aliud nihil quam *Eucephias* vertiginofus, & gyrans omnia ac impetu vehementiſſimo omnia decutens. *Præſter*, qui eſt tryphon inflammatus, proxima quæque non tantum proſternit, ſed etiam incendit, & ejus incendio nonnunquam mare eſtrefcit. O. Scrut. 3. Diſq. 2. c. 3.

Panormi in Sicilia flante vento, quem *Siroccum* appellant, homines exeritis linguis præ æſtu, & ſiccitate obambulantes, clauiſque fenestris, intra obſcura loca aquis conſperſa languore tantum non e-neantur. Ad urbem Dalmatiz *Zenus* tam vehementes ſubinde ſeruiunt venti, ut fluctus propinqui maris in aerem eleuent, & ultra Sabæ turrim ibi collidant. In Hiſpaniola ventus ſubinde validiſſimus exoritur, qui ſublatoſ homines ad ſtadium intervallum tranſfert. O. Scrut. 3. Diſq. 3. c. 5.

Beneventi Italiz urbe, quæ Dalmatiz ex aduerſo oppoſita eſt, a præcis dicta *Maleuentum*, ventus violentior nonnunquam ingruere ſolet, quo flante nemo foris progredi audeat, omnes incolæ de domi concludunt, nam ejuſtanta eſt violentia, ut equitum ſimal cum equo arreptum in ſublime tollat, & per aerem circumactum, proſectumque interimat.

In Alpitibus Carniole ſuperioris in monte foramen patet inſtar canini, quod accolis *Væterebeck* dicitur, de quo tam vehementes ventorum ſtatus emittuntur, ut nemo propius accedere audeat.

In Norvægia: ripis tam noxiſ ſunt venti, ut nec arborem, nec fruticem germinare permittant. Quo ſit, ut incolæ deſecto lignorum, in ignibus inſtruendis, cibique coquendis, oſibus magnorum piſcium utantur. O. Scrut. 3. Diſq. 2. c. 5.

Miferabilis erat clades, quam anno 1541. paſſus eſt Carolus V. in obſidioſe Algerii a vehementi coorta tempeſtate. Cum enim in dicto munimento nonniſi

adim-

oddingenti præſidarii eſſent, rogarunt ſacrificulum Mahometanum ut opem ſibi ferret. Et ecce altera die calum effuſiſſimis imbribus rueret viſum, & tempeſtas horrida toto aqore furete cepit, itaut collifis contraſiſque navibus Imperator fuga ſibi conſulere ſit coactus. Sed neque fuga felix fuit, ventorum ac maris turbine nauis fere omnia cum toto exercitu interierunt. Hiſtoria Turcica memorat, Imperatorem centum ac triginta naves perdidiffe. Verum hæc magica ſunt, demonum ope effecta. O. Scrut. 3. Diſq. 2. c. 6.

35. Magnam ferunt utilitatem.

Inter alias creaturas etiam venti inviſantur ad laudem Dei, quia magnus eſt eorum uſus & utilitas: nam 1. purgant ſtatu aerem, ne putrefcat, & inſiciatur. 2. Nubes & pluvias nunc adducunt, nunc abducunt. 3. Arboreſ, plantas, & ſata ſoyent, ac vegetant. 4. Æſtium ſolis refrigerant. 5. Habitum hominis & animalium renouant, & reſciunt. 6. Naves in mari provehunt, & ſic mercimonia, ac negotiationes promovent. C. Dan. cap. 3. ver. 65.

In regionibus noſtris Europæis ventus *Subſolanus* nempe a naſcente Sole five ab Ortu ſpirans, ordinarie calidus & ſiccus, puriſſimus & ſaluberrimus eſt præfertim mane ſpirans. Contagionibus præterea inimicus, aerem purificans, corporibus ſanitatem, & hilaritatem affians. O. Scrut. 3. Diſq. 2. c. 3.

Urbis Ceſis in Italia eſt haud procul Termo, cui adjacet Mons *Abolius*: ad pedem hujus montis plures patent rimæ, & fiſura, per quas æſtibus menſibus venti vehementes efflare ſolent. Incola canales aliquos applicare ad ventum illum excipiendum, & in urbem deducendum ſolent ad temperandum æſtium calorem. Hyberni menſibus venti non eſſant, ſed eontra aer externus intus trahitur; unde ſi levia aliqua corpora ſciſſuris illis apponantur, innox attrahuntur, & intus rapiuntur. O. Scrut. 3. Diſq. 2. c. 5. num. 29.

Venti vel maxime prodeſſe, & vicifſim etiam nocere poſſunt, in præſto tam terreſtris quæ navalli, ſi nimirum eorum ſtatus una pugnent contra hoſtiles acies, ſummæ ac pulverem in eas impellendo: ſta Theodoſio Auguſto imperante, & contra Gorthos parva manu conſiſtente, tantus ventorum turbo eſt exortus, ut

hoſtes fumo & pulvere exoculari, eoſque fugere cogerit. Eontra anno 1588. Philippus Hiſpaniarum Rex ingentia claſſe centum & quinquaginta navium in Anglos immiſſa, inſelicem nauium in Angulo aduerſo pugnavit vento. Hinc tam militibus, quam nauis valde conducit, imo neceſſarium eſt habere peritiam ventorum, id quod Batavi, Angli, Luſitani aliſque mercimoniaſ populi ſumma cum induſtria ſibi commendatum habent. O. Scrut. 3. Diſq. 2. c. 9.

Frigus.

36. Quid, quale & cujus effectus ſit.

Nihil aliud eſſe videtur, quam partium inſenſibilium quies, aut tardior motus. Unde tunc res frigida nobis percipitur, cum illius partes inſenſibiles aut nullo, aut tardiore motu, quam partes languinis, aut ſpirantum agitantur. Ideo tempore frigido odores obtuſiores redduntur, ſuntque minus ſenſibiles; quia frigus corporum meatus obſtruit, atque eorum partes in quiete retinendo impedit, ne corpora reſolvantur, & halitus libere avolare queant.

Sicut primus caloris effectus eſt rarefactio, dum rei calefactæ partes motu agitantur, & majorem locum poſtulant; ita frigoris effectus præcipuus eſt condenſatio; hinc liquores oleoſi, imo & dura quælibet corpora frigoris vi denſantur & contrahuntur. Glacies autem tunc ſit, cum partes antea in motu poſitæ ſiſtantur, & ex flexibilibus ſunt rigidæ, & fragiles.

Corpora ſere omnia, in quibus aqueus humor dominatur, congelari, & in glaciem converti poſſunt. Fluida vero, quorum partes ſunt tenuiores, & ab æthere ſubſtantia nimium agitata, uti ſpiritus vini: aut noxiſſimos, & aliis impliçitæ, velut olea bene omnia, in glaciem proprie non abeunt.

Aqua in vaſe contenta, dum pars ſumma primo in glaciem abit, vas diffingit, ſecus autem, dum congelatio ab imo incipit, nam aqua, quæ ſubeſt, cum congelatur, expanditur, & cum ejus dilatationi locus non pateat, vas confringit. Imo, quod mirabile eſt, obſervatum fuit, tubos terreoſe ſcoloporum aqua impletos, & diligentibus oculoſus, in gelido aere cum impetu diſruptos eſſe.

Frigus interdicitur per acriorum halituum intermixtionem: ſic aer poſt plu-

viam

viam solet esse frigidior, quia frigidiorem aerem desartum pluvia adduxit.

Aer minus salubris est, cum remittente frigore ad finem Februarii terra, antea diu constricta, conclusos intra se halitus denuo libere emittit.

Corpora examinata a putredine conservantur a frigore, quia frigus partium fluidarum, quae foris procedentes corruptionem promouent, motum sistit. Sic in Islandia, alisque regionibus carnes & pisces frigido aeri exponuntur, & sine sale, saepe sex mensibus a putredine praeservantur.

Aquae stagnantes facilius frigore congelantur, quam fluidae: nihilominus hyeme atrocius saviente, etiam hae rigescunt, & constringuntur, uti fit in Hollandia, & universo pene septentrione, ubi ipsa etiam maria tanta spissitudine condensantur, ut vicinæ gentes bellum sibi mutuo inferre soleant, brumali hoc tabulato freti. O. Scrut. 3. Disq. 3. c. 2.

Græci a Babylone redeuntes, qui Cyrum contra fratrem Artaxerxem secuti fuerant, aeris frigidi inclementia tam miserabiliter afflicti fuerant, ut frigus illis etiam oculos immobiles reddiderit.

Dum Dux Burgundia Carolus Leodienses oppugnaret, tam grave frigus hybernum exiit, ut vinum gelu adstrictum, securi fractum distribuerent militibus, qui illud circumferebant, donec liquesceret. O. lbid. c. 2. §. 2.

Aëstus seu calor.

37. Quid sit, & quos habeat effectus.

Naturæ frigoris contrarius est, in motu expansivo, celeri, & perturbato partium insensibilium consistens.

Dividitur in caelestem, Elementarem seu igneam, & naturalem, qui & vitalis & animalis dicitur: vitalis caloris sedes in animantibus est cor, ex quo in aëria corporis partes diffunditur.

Prima caloris ac præcipua virtus est, quod homogenea congreget, & heterogenea disgreget, remm enim similis naturæ congressus, & dissimilium separatio præcipuus est illius effectus: ita in omni dissillatione, quæ calore perficitur, videmus res leviores sursum, & graviores deorsum tendere, atque in fundo permanere. Ideo etiam calor odorem promouet; quia facile corpora laxat, & resolvit: unde sicut fumum videmus ab igne excitari, & subtiliores ligni partes

in auras deferri; ita calor corporum partes dividit, viamque ad evagandum foras pandit.

In sublanaribus calor ut plurimum a motu producit: motus est causa caloris, id quod non tantum in viventium corporibus, sed & in rebus inanimatis videmus: sic tritu duorum lapidum, ferricque ignis elicitur, ipsum etiam mare ventorum agitatione incalescit, & corpora caelestia, quia continuo moventur, calorem excutunt: terra vero, quia stabilis, & in quiete est, censetur esse frigida.

Quemadmodum frigidus aer semper nocet, præcipue senibus, ita calidus magis proficius esse solet; senem enim corpora, cum debilia sint, frigus refrigerando reddit ponderosiora, & seculum laetantur a frigido, ita iuvantur a calido.

Loca subteranea hyeme solent esse calidiora, & æstate frigidiora; quia hyeme ob oculos terræ meatus, in terra utero halitus continentur, qui æstatis calore laxatis terræ poris copiosius avolant, unde frigus, terræ proprium, avolare solet.

Etiam in infimis terræ cavitatibus ignis & æstus delitescit; nam ab his terræ motus oriuntur, quoties ibi magna exhalationum copia invenitur, quæ, cum subtilioribus spirituum particulis immiscetur, facile calefacit, aut accensæ locum ampliolem quærunt, in quo dilatentur, quem cum invenire non possunt, omnia obstacula concutiunt, eodem fere modo, quo conclusus cuniculis pulvis tormentarius, igne accensus, spatium amplius quærendo tumultum excitat, & terram quatendo commovet. Hinc illa loca maxime terræ motibus sunt obnoxia, quæ venas nitri, sulphuris, aut alterius oleageneæ materię in se inclusas habent; quia illa facile inflammantur, & sic sursum feruntur, & carceris sui parietes convellunt, donec eis exitus pateat. O. Scrut. 3. Disq. 3. c. 3.

Anno 1578. tantus fuit æstus in mensibus æstivis, ut ab ingenti calore sylva Bohemica accensa per octodecim septimanas flagrarit. Danubius etiam ita exaruit, ut multis in locis transvadari poterit. Quod vero mirum est, nullum inde segetes damnium passæ sunt. lb. §. 3.

Nubes.

38. Quid sint, & cui bono?

Sunt vapor exhalationis permixtus ad altiores aërem sublevatus, ibique frigore

addensatus & suspensus. Sive, Nubes sunt crassamentum ex exhalationibus convolutum vim habens ad gignendas aquas, & pluvias.

Nubes sunt duplicis generis, sicæ, quæ imbres non effundunt, sed in aeris naturam faciunt. Et humidæ, ad pluviam pariendam fecundæ; pluvia enim nihil aliud est, quam nubes in aquam deciduum resoluta.

Effectus nubium præcipui sunt terræ fecunditatem, & feminibus herbisque incrementum sua humiditate præbere, solarium radiorum æstum temperare, animalium membra æstivo calore resoluta resocillare. Quocirca nubes haud immerito dici possunt, velum quoddam inter solem & terram a Divina Providentia ad varios usus obductum.

Distantia nubium a terra non est aequalis, sed varia pro vaporisatione, & aeris constitutione: quædam in altioris aeris regione quasi quiescunt, alia a ventis commoventur; aliae celerrime aërem transmeant, & fulgure ac tonitruis miscentur, alia in terram depluere videntur. In specie infima altitudo multarum nubium minor est, quam passus quingenti; cum experientia constat, sæpe in montibus, quorum altitudo minor est, quam quingenti passus, nubes infra illorum verticem comparere.

Interdum Nubibus utitur Deus ad declarandam suæ Majestatis præsentiam, sic cum Moysæ ex nube locutus est, nube præambula duxit populum per desertum & mare rubrum, nube lucida apparuit in monte Labor, & nube apparebit ut Judex.

Arcadio Imperatore prædixit Deus Viro Sancto, Constantinopolim, quæ ut altera Babylon fastu turgebat, in cineres redigendam esse. Episcopus concione convocata, cum populo exitum urbis prænuñtavit, adeo commovit animos, ut illi velut olim Ninivite in cinere & cilicio penitentiam egerint. Sub noctem, omnibus rei eventum præstolantibus, ignea nubes illuxit, unde terretimus sulphuris odor exhalabat: omnes ad templum confugebant, auditaque est vox: *Migrate! Migrate!* Itaque Imperator cum plebe, & Episcopus cum Clero festinanter exibat, nemine in urbe remanente, & ne domum quidem claudente. Dum multa hominum millia in unum congregata precibus, & lacrymis vacabant, lunam, & scintillas ex urbe absterere vident. Primo igitur mane mittunt, qui inquirerent, num urbs superesset? nun-

D. Claus Spicil. univers. Pars III.

quæ reduces referunt, omnia esse salva, igitur ad lares redeunt, placatamque Deum confidunt: tanta autem fuit populi confectio ab omni peccato aliena, ut in apertis domibus nihil fuerit deperditum, nihil furore ablatum.

Quod in Nubibus varia phenomena, & spectra videntur, nihil est novi: ibi enim homines, animalia, ædificia, aliaque apparent: tempore Leonis, qui Marciano succellit, nubes tubæ similis per quadraginta integros dies comparuit: alias in nubibus visi sunt gladiatores, pyramides aliaque spectra.

Nubes in nebulas & pluvias resoluta sæpe mures, locustas, aliaque animalcula noxia secum tulerunt. O. Scrut. 3. Disq. 3. cap. 5. &c. Similia quoque bona producit Nebula, vaporibus & exhalationibus tegit aërem, ornat horizontem instar capitis, cingit & fasciat solem orientem, fecundat rore terram. C. Amos 4. v. 13.

Pluvia.

39. Unde veniant, quid efficiant.

Per partes fieri solet, ita ut pluviales guttæ ex vaporis particulis coalescentibus efformentur, & sic formatae decidant & dilabuntur, quia cum majores effectæ sunt, ab aere resistente sustineri non amplius valent, consequenter ob gravitatem prævalentem decidant.

Cum nubes integræ in pluviam resolvuntur, ita ut in imbrem aut Nimbium effundantur, causa solet esse calor, atque aeris æstus, quem ventus aliquandiu circa terram versatus, in altum evehit, & nubes condensans deprimit, adeoque earum effusionem, & prolapsum causat.

Pluvia, quæ subito & majori cum impetu decidit, minus fecunda est, quoniam submergit terram; & poros terræ comprimit, & occidit, quæ autem guttatim decidit, fecunda plantis & frugibus esse solet. Imperata igitur debet esse pluvia in quantitate, & qualitate ac temporis congrua, quæ terræ fecunditatem promouet: nullissima est circa mensem Majum tunc enim herbarum fibræ calore solis laxantur, & copiosius pabulum requirunt.

Cum pluvia mordaci & acri exhalationi admixta est, segetes adurit, id quod plerumque accidit in æstate. Ubertior etiam pluvia in æstate obest plantis, quia humor apertas fibras non tantum fovit, sed una nativum humorem prolicit.

Utur pluvia ex nubibus, luna, stellis,

animantibus, & rebos etiam domesticis prænotificari possit, nulla tamen re certius præsentatur, quam ex Barometro; quo enim magis descendit hydrargyrus, eo levior est aer, acque etiam humidior.

Anno 1275, a Mense Maio per totam æstatem fuit continua inundatio pluviarum, unde omnis pene annona in campis putrefacta, magnam famem in hominibus & iumentis: imo 1315, similis inundatio pestem post se traxit.

Interdum pluvie extraordinariæ, ac mirabiles contingunt; cum enim perpetua in Geocofino sit vaporum vicissitudo, non tantum ex terra superficie, sed etiam ex abditis terræ penetralibus per spiramenta emittitur, ideo fit, quod in aerem, & nubes ex omni generis terra, ut argillacea, petriosa, nitrosa, bituminosa, metallifera pulvilli attollantur: similiter ex plantis, insectis & animantibus, quæ per nubes rapta effluvia in alias transferuntur, sicubi conveniens receptaculum, & alimentum invenerint, facta ædiorum cum passivis applicatione nova generi procreantur. Ita legimus una cum pluvia ex nubibus, vermes, serpentes, ranas, mures, & similia animalcula decidisse, id quod fieri potest, cum spermatica distorum animalium corpuscula a ventis in altum sublata in humido, & calido aere repentina generi excluduntur, & dein una cum pluvia decidunt.

Cum autem sanguineæ, aut igneæ pluvie cadant, non semper rationes ex natura rei inventiendæ, sed tandem credendum, id ab irato Numine provenire ad prænantiam, da supplicia peccatoribus destinata, sic enim ait August. *Deum posse, quod nos fieri non possent investigare non possent in rebus enim mirabilibus tota ratio sciendi est potentia facientis.* O. Scrut. 3. Disq. 3. c. 7. & seq. In regione Mexicana pluvie tanto impetu ruunt, ut homines prosternant, & enecent. In Borussia pluit aliquando sanguine, in Lucania ferro, in Carinthia frumento, tempore S. Leonis cinere, qui palmæ altitudine in regulis jacuit. In Norvegia bestiolis quadrupedibus, in Alemannia ranis, in Velsunia crucis: VV. art. Discurr. font. 83. Ex. 9.

Grando.

40. Quid sit, qui effectus, & damna.

Sunt guttæ pluviales acerrimo frigore in glaciem condensatæ, unde perspicue plerumque & rotundæ esse solent. Grandines itaque efformantur, cum gut-

tae aqueæ ex nube sublimiori decidunt, subeunte frigidiore vento congelantur, eruntque tanto majores, quanto major humorum copia in descensu occurrit: figuræ sunt plerumque polygonicæ.

Grandines æstivo tempore sunt frequentiores, quia nubes sunt subtiliores: ordinarie quoque major æstus præcessit, eo grande est major & impetuosior. Fit plerumque per diem, & raro per noctem, quia nocturno tempore, dum absente sole aer magis infrigidatur, & condensatur, nubes descendunt, ac fiant humiliores, acque ita terræ propinquiores, quam ut a frigore guttæ decedentes congelari possint.

Figura grandinis est ordinarie globularis, interdum etiam acutis angulis asperior, acque etiam oblongior, ita ut glaciæ frusta nonnunquam exhibeat, palmæ nubes æqualia. Legimus accidisse grandines humano capite haud minores, cum Roma ab Alarico capta fuit, grandinem octo circiter librarum pondus habentem de cælo cecidisse, narrat Majolus. Sub Pascha II Pont. Max. in Gallia frustum grandinis, duodecim pedum decidisse refert Bonfinius. Inter prodigia, quæ Hierosolymis Christianorum excidium anno 1187, a Saladino illatum præcessere, etiam grandinem frequentem instillare ovi anserini de cælo decidisse memorat Lyrius.

Grando illa, qua Dominus Deus teste Scriptura flagellavit Pharaonem, fuit maxima, cum in terra Egypti percussisset cuncta in agris ab homine usque ad iumenta, cunctasque herbas, & omne lignum regionis confregit. Cum quinque Reges urbem Gabaa obfessissent, Josue ex improvviso illos aggressus occidit: cumque illi fugerent, Dominus in eos ingentes de cælo lapides dejecit, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percussurum filii Israel. Dum Chosrois Persarum Regis Dux exercituum Theodorum Heraclii fratrem ad pugnam provocaret, adiecit illi auxilium Divinum, ita ut grando in Persas deserretur, multosque eorum sterperet, cum interim exercitus Romanus omnis tempestatis expertus esset. Fuit tunc eo prælio Persæ magna clade, prout indicat Cedrenus.

In agro Bononiensi ad annum Christi 1517, Mense Augusto cecidisse grandinem sanguine mixtam, in qua inventa sunt grana, quæ pondere viginti octo libras excefferunt, testatur Clavellius. O. Scrut. 3. Disq. 3. c. 10. & seq.

Anno 1680, in Austria Mense Julio

cu n

cum fulminibus dejectæ grandines magna nocentia cauterunt, segetes devastarunt, ades destruxerunt, rames virentes ex arboribus decusserunt, fenestras arcium, templorum & domuum confregunt, equos, vaccas, oves, & præsertim volucres, cicontas, anates, anseres, picas, corvos, & quidquid avium in aere habitat, exanimarunt. O Ibid.

Volucres.

41. Mira magnitudinis, qualitatis, & pretii.

Refert Nierembergius inventam esse in orbe altero aquilam, quæ uno grande integrum vervecem devorasset. VV. font. 45. ex. 4.

In Insula Madagascar certo anni tempore mira avis videndam se præbet, quæ ab incolis *Ruch* vocatur, tantæ molis ac roboris, ut elephantum unguibus corripit, in altum erehat, & devoret: alæ ejus in latitudine conficiunt sedecim ulnas. Magno Cham fuit allata penna ex ave *Ruch*, nonaginta palmos longa, binos castra. VV. font. 45. ex. 4.

Gesnerus refert in quodam Germanico loco inventum esse nidum per tres quercus extensum, tanto spatio, ut curus sub illo converti posset, ramis & baculis constructum: atque tres in illo pullos repositos, quorum alæ per transversum extensæ septem ulnarum mensuram æquarunt; ungues digitis magni viri nihil erant inferiores.

Volucres ab homine mire curari constat, ut falcones, aquilas, accipitres, luscianas, aliaque, imo multæ earum humanam loquelam addiscunt, uti Plistaci, perdicæ, & picæ. Lepidum est, quod Macrobius de corvis enarrat, qui Augustum Imp. falatarunt: *Ave Cæsar, visor, Imperator!* quos viginti millibus aureorum Cæsar vomit. Simile lucrum aucupans futor, corvum ad similem salutationem instituit. Hac audita transiens Imperator respondit: satis domi tallium falatarum habeo! superfluit corvo memoria, ut & illa verba subneckeret, quæ a Domino sæpe audierat: *Opera impensa peris!* risit Cæsar, eamque avem tantum eni jussit, quanti nullam adhuc emerat. C. in Jac. 3. v. 7.

42. Habent varias & miras proprietates.

Realis. Mauric.

Piscatæ capi et sunt durissimo; hinc cum et volatu in terram se demittunt, non

pedibus, ne illos offendant, sed rostro & capite lapsum excipiunt. Rostrium illis ab infra apertum est, lingua humane simillimis: accenduntur libidine, ita, ut oscula figant: sinter lugentes agant, etiam lamentantur. Aqua pluviali emori dicuntur. Pica singulis fere horis mutat vocem. Humanam non tantum dicit, sed etiam diligit. Cum rapæ seruntur, calvescit.

Pici nunquam saxis insident, ne unguium aciem lædant. In quacunque arbore nidificant, clavus, aut cuneus herere nequit: quin imo, ubi picus insederit, cum crepitu arboris decidit, ut ait Plinius.

Milvus mutandi temporis cognitionem habet, uti desumitur ex Jeremia. c. 8. Primis annis magnas venatur volucres, vegetior parvas, & in senio muscas ac culices. Tam alte volat, ut se humano visui eripiat, tam late & celeriter, ut nulla alia avis. Immotus alis nonnunquam in aere per horam hæret. Punicæ malo nunquam insidet, imo ne quidem fert ejus aspectum. Babonis videndi desiderio maxime tenetur.

Accipiter plumas in juventute quater reicit. Ingenium habet mirum. Avem quam sub nocturnum crepusculum capis, tota nocte sub pedibus tenet, exorienti sole dimittit, quam postea obviam factam nunquam persequitur. Os tibiæ illius aurum attrahit.

Falco nunquam aqua sed arena se lavat. Frigore gaudet, semperque super glaciem moratur. Tantum roboris habet, ut avem percussam a capite usque ad caudam dilectet. Solet laborare morbo vermium, imo unius vermibus, qui crescit haud procul a renibus, & nisi medicamento succurratur, falconis intestina corrodit.

Avis Emme caret alis & lingua: glaciæ frusta, & ardentes etiam prunas vorat. Hollandi eam ex Java adduxerunt. Pavones munditiam ita amant, ut si pulli mædiant, moriantur. Cum crista illis crescit periclitantur simili morbo, quo infantes, dum dentes produunt. VV. art. disc. font. 48. ex. 1.

In imperio Sinenis dantur volucres, quæ dum per omnem æstatem croceo colore circumvolitant, vergente autumno mare petunt, & pisces sunt. VV. art. disc. font. 55. ex. 6.

Gallinæ in regno Mangi loco plumarum habent pilos, in provincia Suchuen Imperii Sinenis sunt lanigera. Apud Macedones quondam rapentia est gallina,

P 2

qua

216. Tern. font. in Tannu. 1079aph.

Plinius l. 10. c. 18.

Plin. l. 4. c. 43.

Janssen. in Faun. de ad. m. avium c. 16.

Pallad. l. 1. de re Rust. cap. 28.

quæ octodecim ova simul edidit, & ex singulis binos pullos incubitu excludit. VV. art. disc. font. 83. ex. 6.

Vultur, dum reliquæ aves solem facie salutant, orientem solem in occiduum, occidente in orientem prospiciunt.

Corvi alias nigrescunt, Rex tamen Britannorum Alphonsus Regi Sicilia candidum dono misit. De perdidit & passeribus albis testatur Aristoteles. Toleti in macello publico per totum annum visa est musca albicans.

Noctua novena dierum abstinentia non læditur, cum tamen aliz volucres fere horaria cibatione indigeant. VV. artic. disc. font. 83. ex. 6.

Apes industrie favos construunt: græves excubias agunt, & certo ordine volant: ciconia certo tempore advolant, & avolant, parentibus seniculis cibum ministrant. Hirundo nidulum ex stramentis componit. Halcedo juxta litus maris hyeme parit. Turtur mortuo compare nulli alteri se jungit. Aquila in pullos dura mox illos deserit. Vultures pariant sine coitu. Vespertilio quadrupes est & tamen alata. Gallus excubitor, antequam pervigil est &c. C. Gen. 1. v. 22. in fin.

Græves sunt symbolum cautelæ, & sapientiz, nam 1. sicut volando sequuntur duorem, ita astutus suum sequitur doctorem, 2. sicut præsentunt, & prænantiant pluviam; ita astutus præsentit, & indagat sapientiam, 3. sicut Græves laboriose sunt, transvolant maria, ut victum & calorem quærant: ita studet & laborat cautus, ut sapientiam quærat. 4. sicut illa timentes venatores noctu excubant; ita Vir cautus timet insidias hominum & demonum, & contra eas pervigil excubat. C. Eccl. 18. v. 29.

Columba solens esse tabellariz, quæ ad amicos litteras deferunt, & referunt. Mc Christiani Ptolomaidem obidentes miro stratagemate per columbas eam obtulerunt; cum enim Sultanus per columbam misisset litteras obesses, quibus se obidione brevi soluturum significabat, Christiani columbam interceptantes, contrarias scilicet litteras ad obesses miserunt, quibus significabatur Sultanum urbi succurrere non posse. Ita obessi urbem Christianis dederunt. Id moris cum columbis viget in Palæstina, Syria, & alibi. C. in Ofce c. 11. v. 14.

Hirundines sub hyemem, alis pedibusque se conglomerant, & in stagna mergunt, vere autem reviviscunt. Thebarum

tecta non subeunt, eo quod urbs illa sæpius capta fuerit; nam præfatum aliquid habent, & collapsuras domos non subeunt. Contra exundationem Nilii continuatione nidorum se defendunt. Cicurari se non patiuntur, & ex natura odio habent hominem, ob infidelitatem semper suspiciose. Cum cayæ includuntur, moriuntur &c. C. Jerem. 8. v. 7.

ELEMENTUM IGNIS.

Ignis.

43. Unde est cur e montibus erumpat?

Montes ignivomi dicuntur Vulcanii ob flammaram, aliarumque rerum ignitarum eructationem, cus eructationis causa in intimis terræ Pyrophilicis lateet, ignis enim vi sibi vim aperit, quia sine libero aeris fomento durare non potest. In nulla mundi parte plures dantur Vulcani Officinz, quæ in America Meridionali, ideo terra *Del Fuego* dicta.

Materia universalis ignis subterraneæ est acris & crassa, cujusmodi sunt sulphurea, & bituminosa, quibus accedit halitum, quod substantia sua spiritibus tumidissimis referta junctum sulphuri, accensumque, dum exitum non reperit, vim mire efficacem quidvis effingendi, & dispellendi, in subterranea sibi obvia obstacula exercet. Ipsam etiam materiam adaugent carbones fossiles, diversa lapidum genera, varia metallica, ac mineralium miscellæ. Item sal præcipue Ammoniacum, alumen, nitrum, calcantem & alia, quæ vim ipsam ignis exacerbant, & stimulant.

Intervalla flammivomæ eruptionis ex eo veniunt, quod fomentum subterraneum deficiat, quousque novis conceptis seminibus renascatur. Ubi vero materia ex perpetuo accessu perfimilis substantia nutritur, ignis eructati non desinit. Unde defumitur telluris intimæ officina innumeris pyrophilicis refertam esse, cum in modum, quo ex fumante camino arguitur ignem ardere in culina. Hinc mirum non est, quod intus operantem vehementi igne, nonnumquam ex montibus metallorum, aut picis torrentes eruperint; ita legitur apud Celsius, cum montes Rhipzi aliquando incensissimè, argenti rivos per terram fluxissent, ex Vesuvii etiam montis hiatu cirsis tam copiose effundebatur, ut provincias quoque transmarinas obtulerit, & in pla-

no camporum usque ad arborum cacumina intumerit.

Cum montes Vulcanii per temporum intervalla vehementius & formidabilius furere solent, magnarum calamitatum prænuntii, aut comites ordinarie sunt; subterranea enim incendia cum cineres & lapides jaculantur, cum terræ motibus, aliisque miserandis calamitatibus conjungi solent, terrestres portiones absorbent, flumina exsiccant, animalia & pisces perimunt, lucas pestiferas, aliaque luduofas catastrophes causant, prout tristes testantur historia.

Illud etiam memorandum, quod loca illa circa montes ignivomos plerumque spectris infesta sint, quæ vel adeuntibus absterrent, vel futura præfagiunt. Ita circa Heclam oberantia spectra tempore comprimis stragum aut prælorum comparent qui cæcos & defunctos habitu & facie exacte representant, item sacra Principum, & quæ in terris remotis aguntur, enarrant, & sic iterum disparent. Aliquando Piscatores in mari propinquo navim appellentem clamore interrogant, unde veniret? Responsum vero acceptum: e Germania se Bremensem Archiepiscopum advesisse ad montem Heclæ, quo periret: longe post deinde comperit fuisse, eo ipso tempore Archiepiscopum morti concessisse. O. Scrut. 4. Disq. 1. c. 3.

44. Ad quid, est cur ejus natura sit.

Ignis præ cæteris elementis est natura sua efficax, activum, & quasi tyrannus ac domitor cæterorum: stricla solvit, soluta stringit, dura mollit, mollia durat, ubique lateet, & ubique patet. Præterea præ cæteris elementis operatione sua est dignior: igne ferrum gignitur & domatur, igne excoquitur aurum, præparatur, perficitur, & purificatur. Igne metalla omnia liquefcunt, alterantur, & permutantur. Ignis tandem locus est in alto supra cætera elementa, quia sursum tendit.

Triplex est ignis: 1. in corpore ignito, v.g. ferro candente, aut carbone vivo. 2. in flamma, quæ urit, & lucret. 3. in corpore lucente, quod non simul urit, uti est lux solis & stellarum, nisi radi eorum arte colligantur, & intendantur. Hinc alius est ignis artificialis, alius naturalis, isque vel subterraneus, vel delitescens in corpore mixto, isque iterum vel potentialis, vel actualis, prout consideratur a Philosophis.

D. Claus Spiess, univers. Paris III.

Ignis principatum tenet inter cætera elementa, quia vim, & qualitatem habet super cætera activam, & præcellentem. Cætera elementa sine suo interitu mutari possunt, v.g. terra maderescit, aut siccari: ignis autem non mutatur, nisi penitus extinguitur.

Quod olim Philosophi de materia prima pronuntiarunt, dici fere potest de igne; ubique est, & nullibi; ubique potentialiter, nullibi actualiter nisi suscitetur, & nutriatur. Imo nisi externa quædam accidentia ad ejus productionem, & nutritionem concurrerent, vix omnino supereset.

Vix urendi in igne, licet ex calore dimanet, non tamen venit ex quovis, sed tali, qui conjunctus est cum mixtura & densitate, per quam corpus urens corpori urendo firmiter adhæret; ideo ignis purus, qui existit super aerem, licet sit calidissimus, non tamen urit ut ignis focalis cum tanta voracitate, quæ corporum constitutioni adversatur, cum nihil densitatis, neque cum alio corpore sit mixtus, ideo etiam corporibus adhærescere non potest.

Quæ corpora activis principiis, sale, sulphure & spiritu abundant, laxiora insuper, & minus firma existunt, ab ignis aculeis facilius penetrantur, & exustione destruantur. Densa vero, & compacta corpora v.g. quæ coctione indurantur, & partes habent a se minus dissociabiles, uti metalla, lateres, & lapides, ignis corpuscula haurit retinere valent, ideo nec exuruntur, nec dissolvuntur.

Ignis variis modis generari, & excitari potest, comprimis tamen motu, & contagio alterius ignis, quo augetur & propagatur. Quod corpora dura v.g. calybis & silicis collisla ignis scintillas excutiant, causa est ignearum particularum in superficie residuum agitatio; cum enim ob duri corporis resistentiam intro subire nequeant, obictus vehementiam necesse habent, ut erumpant: scintilla vero vel unica, si in fomitem incidit, mox ibi latentes excitat, isque conjuncta, fugam, qua data porta capellit, atque quod ambustibile est, amburit.

Quandoque ignis gignitur in sereno humidore, aut in calore, quæ assuisione aque non tantum incalescit, sed noctu etiam flammam emicare sentit, quia atomi ignee prius vinctæ aqua obduntur, & sic coagulata, & densiores factæ sese excitant, atque una cum vaporibus prorumpunt, sicut in amplius spatium explicantur. O. Scrut. 4. Disq. 1. c. 10.